This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

BIBLIOTECA
DE
MITOLOGIA CLASICA
"CAN TRAVE"
CUBELLES

Sala GAL. MUSAS
Armario CLIO
Estante 9
Número
R. 3011

Digitized by Google

Digitized by Google

1.500 -

Digitized by Google

# DACTYLIOTHECAE VNIVERSALIS

SIGNORVM EXEMPLIS NITIDIS REDDITAE

# CHILIAS

SIVE

SCRINIVM MILLIARIVM PRIMVM

DELECTIS GEMMIS ANTIQVO OPERE SCALPTIS PLERISQVE EISQVE FERE HODIE PRAEDICATIONE ET NOTITIA MVLTORVM IN OMNI EVROPA CLARISSIMIS EXEMPLO DE MVSEIS IN MASSA QVADAM TERREA CANDIDA PETITO

EXPRESSIT ORDINAVIT

EDIDIT

PHILIPPVS DAN. LIPPERT

DRESD.

STILVM ADCOMMODABAT INTELLEGENDISQVE PER CONIECTVRAM ARGVMENTIS LITTERAS NONNVLLAS PRAEFATVS QVOQVE DE REI GEMMARIAE VETERIS GRATIA SINGVLARI

IOH. FRIDER. CHRISTIVS

PROF. ARTIVM PVBLICVS

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIA CIↃIↃCCLV.

R. 3011

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

# FRIDERICO CHRISTIANO

REGIO POLONIAE MAGNIQVE DVCATVS

LITHVANIAE PRINCIPI

DVCI SAXONIAE IVLIAE CLIVIAE MONTIVM

ANGRIAE ET VVESTPHALIAE

ELECTORATVS SAXONICI

PRINCIPI HEREDI

LANDGRAVIO THVRINGIAE MARCHIONI

MISNIAE ET SVPERIORIS INFERIORISQVE

LVSATIAE

COMITI PRINCIPALI HENNEBERGICO

COMITI MARCAE RAVENSBERGAE BARBYAE

ET HANOVIAE

DYNASTAE IN RAVENSTEIN CET

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

COMMENTARIVM ISTVM

CONSECRAT

IOH. FRIDER. CHRIST



Iſtud quidem quidquid eſt operis, merito totum, SERENISSIME PRINCEPS REGIE, TVVM eſt. Nam qui ſacrum eſſe numini clementiae TVAE me interprete iubet, item TVVS, non alia ſpe, atque huius fulgentiſſimi pro litteris artibus que fauoris, videtur ſuſcepiſſe. Niſi enim Auguſtiſſimorum Regum Patris Aui que ſummis ingeniis recreari iam dudum artes Saxonum praeclaras, foueri que exiſtimatione optima de TVA intellegentia miri-

*mirificoque eruditionis omnis amore ſenſiſſet: niſi erectus ea temporum clementia felicitate que ſtudiis ſuis conſtanter indulſiſſet: ad audendum, quod iam effectum reddidit, non veniſſet. Sideris enim benigni more afficit animos ciuium et inuitat ad conandum praeclara Regum ſuorum virtus et intellegentia, fauor que artibus adſpirans egregiis. Sed illi, e quibus progenitus es, ingentibus pro magnitudine rerum et imperii animis, quos etiam ipſos ſtudia pulcherrimarum artium valde iuuabant, et nunc iuuant, inculta ea in his terris bona iacere non ſunt paſſi. Ita que illa magni et conſtantis animi alimenta ſemper certiſſima, ſtudiorum humanitatis artiumque liberalium nobilem curam, populis ſuis, cum amore honeſtorum operum, tradiderunt. Vnde prognatum guſtum quendam bonum artium exercendarum, elegantiamque iudicii maiorem, quam pro reliquo Germaniae ſenſu, iam tunc me lubenti animo de-*

*deprehendere memini, quum Saxoniam his vnice inuitatus bonis adirem. Ab eo tempore maior ſubinde ingeniorum vbertas, vehementior ad exquirendum vtilia incitatio, alacrior ad commentandum experiendumque ſedulitas, ſuum litteris nitorem, decus moribus, artibus honeſtis dignitatem reddidit. Quibus exemplis nunc Regia Veſtra nihilo ſecius apud externos quoque populos artium et elegantiae quaedam ſedes habetur, quam Regis magni, ac gentis Regiae, quam cum Rege Deus, ſic vota concipimus, ſeruet. Tali enim duce, qui tanta benignitate artes nobiliſſimas intellegens fautor Ipſe ſuſcipiat, quem bonorum verſari in eis cotidie non iuuet? Quid animi additum porro noſtris,* SERENISSIME PRINCEPS REGIE, *putemus, quum Celſitudo* TVA *intereſſe Muſis noſtris tanta beneuolentia, cognoſcere de ingeniis hominum ſtudioſorum, audire noſtra de litteris artibusque cogitata, dignaretur. Id perſpiciens igitur quum gaude-*

*ret,*

*ret qui publicat iſta, memorantesque lubenti animo frequentius audiret, quo ſtudio pulcherrima veterum opera in monumentis ſpectator in primis doctus et elegans Ipſe cognoſcas, cogique muſeo* TVO *iubeas longe praeſtantiſſima: hoc impenſius amare ornareque inſtitutum ſuum coepit. Deinde, cum permiſeris ei indulgentia ſumma, quorum exempla hac ipſa Dactyliotheca euulgaret: gratiam habiturum hoc ſuum inceptum, his maxime Principum optimorum exemplis,* TVO*que praeſertim ſummo, iſto velut numine incitatus, audet ſperare. Quaecunque vero ea, quae inſtituit, futura ſunt, vt merito debita, per commentarium iſtum conſignat Celſitudini* TVAE *ac dedicat. Eriges autem ac teges mirifica animi* TVI *clementia et illum, et hunc hominem, ſi meremur,* TVOS.

*PRAE-*



# PRAEFATIO

Liberalis diſciplinae, ſiue artium ac ſcientiae ſtudemus doctrinis, ſeu vitae regendae facultatem requirimus illitterati, et morum nonnullam elegantiam honeſtam; ſumma debet eſſe apud omnes auctoritas. Sed eius diſciplinae omnis, qua patet, duces longe optimos et magiſtros hodie quoque monumentis ingeniorum praeclaris eſſe Graecos veteres ac Romanos, tam eſt apud homines eruditos vſu olim compertum et exploratum, vt nihil poſſit fieri certius. Hoc idem vero quod vulgi quoque ſententia hac tempeſtate, atque in his praeſertim terris, valet, et quod Romanorum opera et acta, vt minime contemnenda, celebrantur paſſim, eſt aliquod argumentum nonnullius, quam ſaeculo praeſenti Deus indulſit, felicitatis. Non enim totam conculcari in praeſens humanitatem, neque omnes exulare artes bonas, numini cuidam benigno et ſapientiae regum abhorrentium a furore armorum imputamus. Alia parentum fere noſtrorum memoria res Germana fuerat. Irridebantur tum quadam opinione falſa, et contracto e parvis faſtu, haec illuſtria ſtudia, de quibus nunc audacter profitemur: antea, ſi ſaperemus, muſſandum fuiſſet. Memini me, quum in illis terris felicibus agerem adoleſcentulus, in quibus terris pater auus que et proaui mei domicilium fixerant, equidem bene ac liberaliter altus creui, admoneri a quibuſdam et emendari, irrideri ab aliis amiciſſimis meis, quod eſſe mihi aliquid, et ſapuiſſe nonnihil prae nobis adeo pulcris ac beatis, Graeci olim ac Romani viderentur. Namque ingenia popularium meorum ſumma magno animo et ſucceſſu quoque, ſi quid artium placuit, tenent: ſed vſu et conſuetudine rebus fere agendis, et armis laetiora, ab his litteris rarioribus, artium que liberalium ſubtili a iudicio, abhorrent. Certe tenuis tum artium mearum et adumbrata non facultas, at voluntas quaedam honeſta, aures intellegentium oculos que requirebat. Quam ob cauſſam recreari mihi videbar his Myſorum in terris aduena, liceat autem vel nomine populi praeclariſſimi edendo vetuſtatem imitari, barbariem effugere, quum hunc velut receſſum aſyli quadam ſpecie innocentiſſimis litterarum ſtudiis, quae proſequebamur,

petitum, non inanem humanitatis, neque rudem et ignarum artium vetuſtatis inuenirem. Audiebam tacitus ac laetus vel in regia citari vltro et laudari opera Romanorum, et mores, et litteras: artium que effecta videbam nonnihil ſpirantia elegantiae illius, quae tantopere Graecorum inſtituta commendat. Ea ſpecies ac forma litterarum, quam revocare in hanc vrbem boni publici cauſſa nitebamur, inciderat quidem illa quorundam in animos praua conſuetudine corruptos, quibus aduerſandum eſſet oratione ac ſtilo. Sed breui tempore, quum luculenta pulcritudine artium earum mouerentur homines ſtudioſi, illi que alacriter ſuccederent operi, vtut cum labore et iacturis miſeria que bene animatorum, et per aduerſa conſtanter enitendo, tamen effectum eſt, vt paullatim omiſſa ambitione nouandi, mouendi que recte olim conſtituta, exploſis nouis commentitiae rationis tabulis, vetuſtatis in omni doctrina exempla frequentarentur, nobis que vt liceret illius cognoſcendae ſtudia ſine reprehenſione cuiuſquam profiteri. Nunc libenter audimus non Reges modo viros que principes eo paſſim duci pulcherrimo digniſſimo que tali fortuna antiquitatis artium diſcendarum ſtudio: ſed reginas etiam et ſummates matronas eam intellegentiae nobilioris laudem reliquis ſexus ſui decoribus adiungere.

Diuerſa vero ſunt illa antiquitatis eruditae, quam tantopere celebramus, monumenta. Alia ingeniis enituerunt per elementa litterarum conſignatis: alia artium fabrilium ſubtili iudicio ac facultate per imaginum fidem traduntur. Illa ſunt ampliora et aſſiduis paucorum ſtudiis aptiora: iſta fere certiora, magis que perſpicua, et ad omnes vulgo probabiliora. Nam corpora ipſa rerum oculis ſubiecta fidelius haerent animo, quam quaecunque nobis aures inſinuant orationis accipienda beneficio. Id quum ſentiret prouida futuri mens populorum iſtorum, quorum merito ſuo magni apud nos fiunt mores et inſtituta, quum que illi omni in cauſſa curam agerent poſteritatis ornandae memoriis rerum vtilium conſeruandis, non modo ingeniis proſpexerunt per monumenta litterarum conſecratis, verum etiam ſimulacra rerum, ac veluti teſſeras ſignificatione animorum multiplici foetas, praeterquam quod religionum cauſſa, etiam vt noſtra aetas eorum artibus erudiretur, magno numero fecerunt. Si quod igitur metallum certare poſſe naturae ſuae conſtantia cum aeternitate litterarum videbatur, ei has ipſas propemodum res, ſententias que commendare ac tradere ſolebant, quas litterarum quoque elementis. Proin ſculpturae et ſcalpturae, caelaturaeque artes nobiliſſimae, in marmore, in gemmis, in aere, plurima ad aetatem praeſentem antiquiſſima propagare opera potuerunt, haud minus ſaepe vtilia clariſſimis litterarum monumentis, interdum vel certiora. Iſta videlicet rerum corpora, ob traditam eis a natura duritiem inuictam, ſola propemodum ſuperare ſitum tantae vetuſtatis quiuere. Sunt autem expreſſiora etiam in his et ad fidem faciendam promtiora ipſis litteris ſigna, magis que ſincera, quam oratio vel optimorum auctorum ſaepe mendax reperta, ſiue errore audita nec viſa memorantium, ſeu librariorum feſtinatione inſcientia que, ſeu temeritate denique corrigentium iſta grammaticorum. Ceterum et artium iſtarum ratio, propter difficultatem et moram operis, minus eſt obnoxia multiplicibus erratis, in quae praecipitat expedita facile ſcriptio, et quaedam eorum ſignorum, cum publice eſſent facta, certiore ob id fide ſunt, et habent auctoritatem maiorem ideo, quod ipſa illa corpora monumentorum, quae nos hodie tractamus,

ctamus, reponimus que in muſeis, fuerunt olim facta, geſtata, tractata que eorum hominum manibus, quorum nos praeſente ſtudio res et illuſtria requirimus facta. Quid, quod ſaepe verborum in libris veterum ſententia percipi nullo pacto poteſt, niſi cum vtiliſſima quaedam, tum etiam vel obſcuriſſima, rerum cotidianarum olim apud Graecos et Romanos veſtigia his vnice monumentis deprehenſa addiſceremus. Adde ſingularem cum fide gratiam, quam habet aduerſus omnes ingenium pulcherrimum artium plaſticae et picturae, vt nihil ad humanitatem elegantiam que aptius fingi poſſit. Namque in earum effectis contemplandis plane ineſt non modo ſcientiae multiplicis quaedam doctrina, rerum que notitia, ſed omnino ingeniorum humanitas elegantia ſubtili que in artibus videndis iudicio formanda. Eorum autem cognitio et vſus monumentorum, quoniam adeo non paratur ſolis litteris ac doctrinarum copiis aliarum, vt vel litteratiſſimus multiplici lectione acri que iudicio vir poſſit in his videndis, intellegendis que, quod ſubinde accidit, caecus ac tardus, ridendus que, ſi qua ſententiam ferre audeat, haberi: ſingulare quoddam ſtudium traditum eſt facultatis antiquariae eius, quae marmora, et aera, et gemmas veterum, ſignis quodammodo facunda ac litterata, contemplatur. Iſtud quum aliquo pacto nobilius altius que ſe efferat apud eruditos, propter elegantiam ingeniorum, qua conſtituitur, et propter miram operum pulcritudinem, poſteaquam aliae non paucae litterae ſordes nonnullas hodie ignauia tractantium collegerunt, tamen ambitione et contentione quadam honeſta in partes abit, adeo quidem, vt alii marmorum litteras ac titulos praecipue ament, reliquis que antiquitatis veſtigiis, vt ad uſum promtiora meliora que, praeferant: alii numorum aera: alii in lapillis, aut in marmore, vel quocunque e metallo ſigna. Quibus equidem honeſtiſſimis ſtudiis, et velut partibus ingenioſae curae cum innocentia faciendis, quamcunque in cauſſam inclinatura ſit iudicii ferendi ſors, hoc tempore non intercedo. Deferant ſane primas alii, vt lubet, ſignis ex aere aut e lapide magnis: alii marmorum litteratorum titulis: et alii fidei vel publicae, et rerum auctoritatis cauſſa, felicibus monetae ſacrae copiis. Fauemus magis eorum pro ſecta cuiuſque ſententiis, libertatem que ſuam ſtudiis animorum, ſi vſquam alias, in hoc nobiliſſimo memoriae veteris tractatu permittimus. Attamen ob cauſſas graues, ſingularem que huius generis ac miram gratiam, quid quid monumentorum veterum in anulis anulorum que reſiduis e pala gemmis, vel auri geſtandi, et paterarum ſcyphorum que olim ornamentis, aliis que in lapillis contemplandis, quibus ſigna impreſſa ſunt vel exſcalpta, verſatur: quidquid igitur rei veterum gemmariae ſupereſt, ei primum dignitatis in hoc pulcherrimo antiquitatis cognoſcendae ſtudio gradum, qua artes illius praeclarae, et eruditionis elegantiae que laudes, memoriae que omnis certiſſima monumenta cenſentur, negari non oportere aimus. Quae cauſſae dignitatis earum, et momenta fidei auctoritatis que, quoniam ferme cuncta ad illam gratiae praerogatiuam, quae gemmis ineſt, poſſunt reuocari, de ea gratiae ſingularis ſpecie potiſſimum videbo.

Naſcitur illa vero primum e pulcritudine perfecta colorum, nitore que ac ſplendore, et lumine quarundam puriſſimo, quas virtutes lapillorum eiuſmodi glebis terra conſtantiſſime inſeuit, vt merito quidem Plinius gemmas, tanquam in arctum coactam rerum naturae maieſtatem, inſtituerit admirari. Nam ſi omnem vllius gemmae in cor-

*corpore noſtro adiuuando vſum, non in medio relinquimus incompertum; ſed protinus explodendum, vt vanum nugacemque, decernimus, quatenus in morem prope abiit illa impudens antiquitate omni damnata negandi, quae non ipſe videris, temeritas: coloris pulcritudo ſaltem et mirifica varietas, et coacta in conſtantiam aeternam humoris ſinceri, vnde fiunt, caſtimonia ac puritas, et lumen ſplendoris, concluſa in ſilice velut lucis caeleſtis particula, et quae ſunt eiuſmodi, ea debuerunt videlicet noſtra ſatis in gemmis contemplandis acuere ſtudia curamque. Debuit ea res, ſi auctoritatem olim traditam et pretia lapillorum non perſuaſit hominibus eruditis, at prohibere tamen, ne nitidos lapillos ſilicis abiectae genus et cotem haberent: pellucidas gemmas alumen facerent. Quid enim, omiſſis illis ruſticius nouatis, et retenta contra, vt aequum eſt, vetuſtatis Graecorum eruditae ac probae elegantia, caſtius puriusque in rebus eſt lumine adamantis? quid igni carbunculorum laetius? quid gratius ſmaragdi virore, carchedonii amethyſtique purpura? Deinde quam colores iucundi ac pulcri, quam mira varietate macularum ac veluti pictura ſpecies adeſt achatis ac ſardis, aliisque non ſplendore iam ac lumine viuo, ſed perfecto nitore amabilibus lapillis? Aliquas enim tanquam riui ac faſciae diuerſis naturis macularum pererrant: aliquas zonae quaedam et claui, tanquam trabeas, recta ducti variegatas notant: aliquas velut oculi pupillis accuratiſſime in orbem actis illuſtrant: aliquas colorum quaedam ſtrata tabulatis ſuis eleuata attollunt: aliquas nonnulla ſubtiliſſime picta fruticum et ſiluae imago nobilitat. Quae omnia antiquorum anularibus in gemmis, qua manibus Graecorum inſcalptae ſunt, abſolutiora melioraque eo videas, quo diligentior veterum cura in legendis ad opus gemmis ſine vitio pulcherrimis enituit. Vnde etiam argumentum ſincerae vetuſtatis earum peti poſſe, alias litteris conſignatum dedimus. Hanc ſpeciem lapillorum iucundiſſimam, quorum aliqui colore grato, ac ritu herbarum virentium, oculos contuitu, vt Plinius ait, implent, nec ſatiant, aciemque reficiunt ac recreant, vel ſi nihil aliud eis adeſſet, quoniam quaecunque iuuant ſenſus, ea curationi proſunt, ad valetudinis cauſſam omnino pertinere, quod aliqui rei gemmariae negant, dubitandum non foret.*

*Alia gemmis praeterea ineſt gratia e breuitate voluminis, quod bonum antiquitatis doctae monumenta illa certiſſima vtiliſſimaque reddit adeo facilia ac promta ſtudiis noſtris, vt memorandam artium et eruditionis copiam, muſei diuitis inſtrumentum, ſufficturum omni prope rerum memoriae declarandae, paruo in ſcrinio compoſitum, vt ſarcinam minime grauem, ſed habilem aptamque vecturae, facile tecum circumferas. Contra quaecunque in marmore extant artes veterum, aut in aere ſigna maiuſcula, ea vel omnino cedere vſibus noſtris nequeunt, vel ingenti ſumtu mouentur.*

*Maior aliquanto tamen commendatio his paruis lapillis inde venit, quod ſola haec monumenta integra ac ſincera, incontaminato opere, quale illis opus tradiderant olim clariſſimae manus artificum, peruincere ſitum tot annorum potuerunt. Miſerrime vicibus temporum afflicta ad nos marmora Graecorum plerumque et Romanorum aeraque deſcendunt. Truncat multa caſus: exedit rubigo: deterit vſus. Gemmae ſolae, indomita natura procreatae, ſentire mala ea ob vetuſtatem, vel vſu, non poſſunt: integrae*

*tegrae ac ſincerae, minime confuſis artium vetuſtate lineamentis, perſtant. Non deteritur in illis, neque exeditur ſitu opus. Raro ſit, vt vel foſſor raſtro gemmam confringat, vel vt rudis aliquis et indoctus faber poliendo, quam ornare ſe putabat, eam recentibus ſcitamentis dehoneſtet.*

*Adde huic ſinceri et intacti operis praerogatiuae, quod in nulla alia parte monumentorum adeo totae ac ſolidae Graeciae veteris artes, genius que omnis ſaeculi felicis, neque manus fabrorum nobiliores, confeſſae auctoritatem litteris nominum clarorum, ſpectandae nobis proponuntur tam plane, quam quidem iſta omnia contigerunt gemmarum ſcalpturae. Ideo principatum artium vetuſtatis certo veſtigio videndarum ad gemmas intellegentes eius cauſſae arbitri conſenſu deferunt: vinci que numorum omnium ſigna anularium lapillorum non mira modo elegantia, verum etiam eo, quod nobilitas artificum tanta nunquam pertinuit ad formas nomiſmati caelandas, putant. Quid, quod picturae manibus clariſſimis olim vetuſtate interceptis, neque ſpe vlla reliqua, vt Mentoris aut Myuntis argentum aut aes caelatum, vllumue Corinthium vas, vſquam hodie appareat, neque ſignum vllum ac ſtatua, in quo clariſſima Phidiae, vel Praxitelis, vel Myronis, aliorum que talium nomina legas: ſolae videlicet gemmae Pyrgotelis ac Dioſcoridis, aliorum que, quos Plinius quoque alii que veteres tanquam ſcalptores nobiles celebrant, vocabula certa litteris inſcripta ſeruant. Quibus rebus, vtut publica ſint numi, et frequentiora a copiis, egregia que ſide vtiliſſima memoriae monumenta: anuli priuata inſtitutione et vſu, in texenda ſerie rerum cedant illis: tanta ſit gemmarum auctoritas archetypa reddentium, tanta varietas tot argumentorum, tam caſca ſaepe vetuſtate, tot diuerſiſſimarum gentium ritu, quae omnes gentes vſae ad ſignandum anulis memorantur: pecunia ſignata non item omnes: vt plurima ideo in gemmis impreſſa ſpectentur, quae nuſquam aliud genus monumentorum habet. Quae varietas mira, ingenio veterum ſubtili et ad veritatem rerum facto, cum fulta inueniatur, ipſa ratio ſignorum αἰνιγματώδης obſcuritate quadam vetuſtatis liberali, ſubtili que et ingenioſa imaginum inuentarum facundia, εἰκονογραφίαν vocant vulgo, mirifice accendit eruditorum hominum ſtudia, iuuat que eos opportuna nodorum talium per litteras ſolutio: cum contra pleraque in numis ſigna, frequentiore vſu et epigraphis luculentis declarata, illa eruditorum interpretum acumina minus requirant. Plurima vero ſignis declarari gemmarum argumenta vel ſacrorum ſingularia, vel rerum veteris que memoriae acta ac ritus, quos ritus nullum vetus nomiſma impreſſos habeat, vix rarae vſquam ſcriptorum litterae, aut nullae omnino, celebrent, omni ferme in tabella dactyliothecae huius, quam edimus, vſus oſtendet. Hoc pacto numinum ſimulacra multorum diuerſis quidem in populis cultorum, tot que heroum, et poetarum, ac philoſophorum imagines certiſſimas, reddunt tibi haec expreſſa gemmarum exempla, quorum omnium ſidem ac memoriam ſacra moneta vel reſpuit, vel neglexit, vel certe non ſic integra, ſic opere docto, ſic ſideliter probe que ſigna tradit. Eius rei in mythicis quidem argumentum ſunt nobile, quas gemmas Homericas vulgo, tanquam aptas declarandis eius poetae locis multis, vocare ſolent. Quod ſi ad certam iam rei geſtae memoriam, et ad hiſtoricorum litteras anulorum ſignis traditas, conuertimur, quot illuſtria veterum acta his lapillis impreſſa ſunt, quae nul-*

*nullum nomiſma ullius populi recepit? Vt Othryades, verbi cauſſa, quam dignus ille monumentis omnibus frequentari? Sed alia, non monetae tantum, verum etiam aeris amplioris ac marmoris, nulla eum, quod ſciam, monumenta ſpectandum praebent, anularibus gemmis pulcrum neque infrequens argumentum. Alterius partis libri in capite, qua non iam mythici temporis, ſed hiſtorici acta promittuntur, Darium Hyſtaſpis filium ut hinnitu equi ſortem regni capeſſit, tanquam felicatis quibuſdam tabellae addidimus, e Sarda anulari quidem, quam eſſe antiquiſſimam priua quaedam ac ſingularis operis ratio oſtendit. Olim nos Caſtora eſſe et Pollucem in equis hoc argumentum putabamus. Sed Vir merito virtutum ac doctrina illuſtris nos admonuit, Darium videri. Quid eſt, quam iucundum ſpectaculum, quod ſolis unice gemmis inditas imagines tot ſapientum Graecorum, tot poëtarum habemus? quorum quidem ſpeciem Reges ſaepe boni nec abhorrentes a litteris libentius contuentur, quam aliorum ex antiquitate regum. Sed poëtarum de vultibus traditis nos alias, deinceps plura daturi alio die. Nuper inter alias anulares veteres nobis emtoribus obuenit Smaragdos veterum ſenſu emendatiſſima, quod genus noſtri homines viridiſſimam Iaſpida et Heliotropium appellant. In ea gemma vere Romani operis inſcalptum eſt caput T. Manlii Torquati planiſſime cognoſcendi e torque, duabus que e cicatricibus vulnerum honeſtis in pectore dextro, multo que magis e vulticulo illo ruſticano, conſtantiae ſeueritatis que pleno, in quo cum tribunum plebis pietate adoleſcentis deterritum ab accuſando eius patre, tum etiam Gallum e prouocatione victum, et Manliana imperia, facile agnoſcas. Eam imaginem hodie nullum aliud, quod ad notitiam noſtram venerit, monumentum ſtudiis noſtris praeſtat. Talia vero in re gemmaria ſubinde obuia mirifice iuuant ſtudioſorum hominum intellegentium que vetuſtatis animos. Tum quam pulcra ſunt illa, ſiue ſymbola morum praeceptis foeta, ſeu teſſeras aliquas ſapientiae veterum cuſtodes vocaueris, quae anulorum quidem e ſignis ubertim frequentiſſime que petenda, in nomiſmatis ferme nulla ſunt? Nam neque cauſſa et ratio monetae, tota ad hiſtoriam referenda, admiſit facile iſta. Qualis eſt verbi cauſſa Muſa velut captum ingenio maiore que numine ſuo Cupidinem regens, qui pacem ab ea, ſignum conſilii ſui oleae ramum tenens, vix impetret. quo pulcherrimo emblemate ex Achate maiuſcula, priſca ea ac lucidiſſima, petito, tanquam ſelicatis quibuſdam tractis e re gemmaria, caput huius prooemii, alias libri oras Achille fere Citharoedo, et Chirone exornari, prout placuit operis editori, iuſſimus. Argumentum Muſae Cupidinem regentis elegantiſſima olim deſcriptione Lucianus prodiderat. Deinde, quot Muſici Cupidines, quot aliarum artium bonarum longe ſcitiſſimi? ut ille, qui leam regens vinum in phiala de urceolo miſcet, quo nos ſubinde uſi ſumus ſigno: ut Iocus Riſus que multiplex, in gemmis omnes quidem conſpiciendi ſunt: nuſquam ferme in alio ullo monumentorum antiquitatis eruditae genere.*

*Ad pulcritudinem ſignorum in gemmis abſolutam merito quidem operis miracula, in orbe earum praeſertim tam paruo, adiungemus. Nam iſtud opus ſiue fieret olim, quod contendunt hodie plurimi, quod que nos facile largimur contigiſſe in gemmis aut minus accurate extundendis, aut omnino in maiuſculis, beneficio machinae paruae, ac velut torno orbiculi in ſtilis ferreis circumagendi: in tenebris ferme atterebant lapillos fabri,*

et

*et hoc ipſum miraculo eſt: ſiue, quod vincunt et litterae veterum, et oſtendunt opera ſcalpturae quaedam extantia, et ratio noſtra argumentis certis firmata, optimam quamque gemmam et minimam adamantis potius mucrone excauabant: nihilo minore tam ſubtile in tantillis opus miraculo eſt. Verum de ea re nos alias ſatis diximus, et alio die plura ediſſeremus.*

*Magnam praeterea apud nos, et haud ſcio ne non maximam, rei veterum gemmariae merito gratiam conciliat, quod tam facile lapillorum ſigna, id eſt, lapilli ipſi, cum amicorum quouis, vtcunque exprimendo eo, quod inſcalptum eſt, communicari queunt. Hanc enim cum Deus naturae legem ſanxerit, vt optima quaeque et vtiliſſima pateant, eis que frui in commune mortales vberrimis facile poſſint, vt luce diei, vt aqua profluente, vt conſiliis aliorum, vt doctrinis nullo impediente omnes et ita vtimur, vt nobis, dum alius inde, quod ipſi opus eſt, petit, nihil interea decedat: optima iure cenſentur, quaecunque vberrima vſibus facile patent. Nunc antiquorum operum reliqua ſigna ex aere, ſiue e marmore, difficulter admodum exemplis, vel etiam picturae lineis, vulgantur: nomiſmata multimodis exprimenda, tamen nonnulla cum cautione ac difficultate: gemmae anulares omnium facillime ita communicantur cum omnibus, qui earum petere exempla in animum inducunt, vt etiam luculentius ad vſum contemplandi, ac diſcendi operis et argumenti, ſignum ſit in cera expreſſum, quam gemma ipſa. Nam gemma quidem ſigni exprimendi cauſſa ſit, eoque tota redit: non contra. Quare ſiue in cera quauis, ſiue in ſulphure, ſiue quacunque maſſa, in quouis metallo, ſignum e gemma expreſſum, quod nullo negotio ſit, habueris: ſeu gemellum gemmae exemplum in vitro Obſidiano ſumſeris, quod vitrum etiam ſigna in ceris nihilo deterius, quam gemma, multiplicet: ſi quidem ſtudioſus artium liberaliter vis audire, neque auarus intento ad quaeſtum animo, nihil eſt cur ei inuideas, qui gemmas in dactyliotheca veteres ſeruat, quarum tu exempla habeas tam bona. Nam nihilo tu quidem ſecius inſtructus ad pernoſcendam his e monumentis antiquitatem videre. Sed gemmae maxime, quoniam non ſunt detritae vel exeſae vetuſtate, neque adprobandis vel reddendis argumentis eruditos valde oculos requirunt, facile totae perſpiciuntur in cera vel in ſulphure: minus probe in quacunque picturae linearis imagine. In numis contra eſt, qua rudis quodammodo hominum non doctiſſimorum acies adiuuanda eſt lineis intellegentium antiquitatis pictorum euulgandis.*

*Has ob cauſſas egregium quidem, et iſtud cum alacritate et magnitudine conſilii coniunctum, artis autem ſubtilitate et vſu ad ſtudioſos artium ac litterarum plurimo, ſuſcepit opus noſter, dum tanta, tam inſigni copia, quod antea parce, argumentis nonnullis neque petitis longius, neque ſat certis, a ſtudioſis hominibus paucis, et in ſulphure, nullo ordine ac rerum ſerie, factitatum fuerat, nunc ſic adornat exemplis gemmarum operis vetuſti nobilium publicandis nitidiſſimis, vt abſolutiſſima artium vetuſtatis pulcherrimarum fides, e theſauris regiis tot muſeorum coacta, omnis que ferme ritibus ſuis et rebus Graecorum Romanorum que, qua patet, antiquitas, luculento ſignorum teſtimonio ſpectanda, in oculis ea ſcrinia tractantium verſetur. Nam certe, quidquid magnum ac voluminoſum verbi cauſſa Antiquitatis a Monteſalcono declaratae opus, adumbratum,*

vt

vt promittebat quidem, lineis pictorum opera minime certis praeſtat, dein commentarius verboſa coniectandae ſententiae licentia moleſtus Maeandris ſuis ac prope Labyrinthis inexplicabilibus inuoluit: id te perſpicua ratione et ordine probo, certis que veſtigiis, ſumma que fide, traditum in vno huius Dactyliothecae catholicae ſcrinio, vel etiam, qua indicio contentus es peritior, neque moraris ipſa imaginum ſigna, hoc vtcunque breui Commentario: iſtud igitur omne, qualecunque eſt, ſi diſcere te hinc melius poſſe recepero, non valde, vt opinor, errauero. Quidquid enim lineis pictorum adumbratum proponitur, fieri vix vlla cura induſtria que poteſt, nec aſſidendo operi, quod ſubinde fecimus, exprimitur, vt integrum fidum que ſatis reddatur, referat que ἀρχέτυπον ſuum. Contra ea quidquid ſic in cera, in argilla, in ſulphuris maſſa, in vitro, preſſum redditur, fieri non poteſt, quin ſumma fide referat ἀρχέτυπα rerum argumenta, et lineamenta certa artium ipſarum. Ita que, qualia ante petebamus ab Italorum ſtudio, omnia antiquitatis eruditae veſtigia, quadam nationis ac caeli laude et inſtituto, conquirentium, ſulphuris fere in maſſa, ſine commentariis inordinata, et pauca: talium nunc miliarium ſcrinium, tanto numero, ſic ordinatum, et his omnibus inſtructum, quae in illis deſideranda fuerant, in candidiſſima et conſtante aduerſus vices temporum caſus que maſſa, eſt enim aliquo modo ſaxea, proponit et publicat noſter. Sed eo quoque cum compendio fecit, et cum facilitate artis expedita, vt pretio minime graui emere poſſis vniuerſam prope artis Graecanicae ſubtilitatem, et operum miracula his exemplis ſpectanda. Quam vbere vero copia, quam vtiliter antiquitatis noſcendae argumenta exhauſerit, commentarius noſter catalogis primum hiſtoriae fabularis, vera et conficta facinora declarantibus, facile oſtendet, ac mox etiam catalogis alteris e memoria rerum omni petita proponentibus acta et mores ritus que populorum, et vultus mortalium, qui virtutibus ac litteris claruerunt.

Iſtud ſcrinium miliarium hac arte tanto ordine exſtructum, tam nitide habitum, vendit Dreſdae noſter, cui Lippert, quod in libri indice poſuimus, ſuis ſibi litteris nomen eſt, quinquaginta Ioachimicis numis, quos item alii Vallenſes vel Philippeos appellare ſolent, vel Scutatos. (écus. für 50. Reichsthaler.) Quodſi ornatius illud ipſum ſcrinium, et inauratum, ac veluti aluta intectum, magni que cuiuſdam codicis ſpecie litteratum, aliqui popoſcerint, quo faſilius mundius que inter alios codices in bibliothecis reponi poſſit, vendit hoc excultius ſcrinii miliarii exemplum Ioachimicis LXV. (für 65 Reichsthaler) Item alia ratione velut cedro, lignis lectis, et ſignis et auro, ſcrinia adornat his ipſis, vt quis popoſcerit, ſplendidiora; pretio, vt aequum eſt, indicatis illis maiore: quae quidem, vt huius commentarii exempla, ab illo Dreſda vti petas, faciundum erit. Mox aliam gemmarum nobilium Chiliada, aliud ſcrinium miliarium tali item ordine daturus eſt: dein forte, in quo ſubſtiterit viri diligentia, tertium: ita tamen, vt nihilo minus antiquitatis gemmariae ſeriem totam habiturus ſis, vbi in primo ſcrinio ſtudia tua ſe continebunt: quam ſi ampliores elegantiae ſimilis copias animo maiore in altera tertia que Chiliade quaeras. Conficit autem exempla gemmarum nobilium non modo ex illa candidiſſima ac terrea quodammodo maſſa, cuius componendae, atque eo nitore, quem inſpicitis, tam ſubtiliter extundendae, artem merito ſeruat ſibi, nec temere vulgat: verum etiam

*etiam vitro Obſidiano gemmarum veterum argumenta plurima ac luculenta reddit optime. Quod nos quidem, quorum haud nupera his in ſtudiis cura verſatur, in plurimis Eius noſtri vitro Obſidiano anularium veterum exemplis, quorum item honeſtam copiam habemus, ſatis bene periclitati aimus. Ea quoque ſi quis potius velit, ſigillatim vendit. Iſta quidem ſuper omni inſtituto et de ratione ſcriniorum propoſita hactenus. Nunc vt noſtrae qualiſcunque operae cauſſas edamus, eamque adprobemus tibi, quicunque haec legis, et vſum opportunitatemque te Commentarii noſtri, qua iuſſeris, doceamus, id vnum adeo ſupereſt.*

*Diu eſt, quod iſtud, quidquid eſt moleſtiae ac laboris, me popoſcit ſcriniis ſuis et inuento vtiliſſimo ornando noſter: quodque ego fere, quantum eius aduerſus amicum poteram, detrectabam. Erat alius ante breuis eorum ſignorum catalogi vice commentarius Dreſdae euulgatus: eum ego pro re laudabam: poſſe non inutiliter adhiberi interea, aiebam: namque erudito talium eleganti que ſpectatori pauciſſima verba interpretis ſuffectura: imperito et curioſo homini, nec multa. Sed inſtabat ille, qui ſuae artis operi impenſe probando eum libri honorem, et nonnulla litterarum ornamenta, ac doctrinae, adiuncta cuperet. Negare ad vltimum honeſtam operam poſcentibus amicis durum eſt. Quare emendare aggreſſi catalogos antea editos, mox adulto iam opere ſenſimus, alium ſuper his gemmarum exemplis et nouum, quanquam breuitate ſumma, commentarium ſcribendum eſſe. Eum nunc damus non ita, inſtituti prioris et ordinum ratio, vocabulis quidem mutatis, vt etiam inuerterentur: hoc enim pacto negotii nimium corrigendis numeris exhibuiſſemus noſtro, qui ſcrinia iſta compoſuerat ſerie ordinata: et quidquid eſt illius, ad ſententias omnium diuerſas facile pertrahitur et aptatur beneficio tabularum in exitu voluminis poſitarum, in quas vocabula argumentorum omnia ſecundum litteras digeſta, aliquo cum labore, vtilitatis tuae cauſſa, coegimus. Quid, quod etiam horum ſeruire commodis, aequum putauimus, qui nulla vel modica litterarum Latii facultate, cognoſcere tamen res Graecorum ac Romae veteris, aut artium ingenia, his e monumentis ſtudent. Illis igitur Francogallice item per compendia deſcriptam argumentorum ſeriem in tabulis propoſuimus, poſteaquam hodie tam litterarum rudis propemodum nemo eſt, quin Francogallice ſciat. Sed ſic dedimus iſta, vt prioris conſilii ſeruata ſumma, luculenta certis plerumque indiciis cum breuitate neceſſaria perſpicuitas, vtilitasque nonnulla artis cognitionisque antiquariae, vt ſperamus, ineſſet. Reliquimus in pleriſque argumentis indicandis peruulgatae expoſitioni plurimorum, qui de his tradiderunt, locum. Sed quoniam hac maxime in parte verſari ſtudioſorum hominum in addiſcenda antiquitate commodum, deſiderarique diligentiam meam intellexi, qua certa ſatis erant veri veſtigia, ibi libertatem cenſendi ſecundum ea permiſi mihi. Quod vbi ſit, modeſte verbisque paucis, cauſſam, cur videretur mihi recedendum eſſe ab aliorum opinione, dixi. Non certe iſtud vllo obtrectandi clariſſimis ſcriptorum ingeniis, qui illa ante nos tetigerant, ſtudio: a qua ambitione longiſſime abſumus, neque aucupamur gloriolas, tecti potius, ac fugientes importuna famae conuicia, in ſeceſſu olim Muſis noſtris parato:*

*ſed veritate: et quoniam vtile eſt audire in re tali ſententiarum quaedam inter peritos antiquitatis diuortia. Ceterum eam, niſi nos omnia fallunt, interpretandi verbis minime multis figuram tenuimus, ſic parum coniectura, ſed vſu nonnullo ac litteris quibuſdam ſuccincti, cui facile conceſſuri videantur vel illi, qui diverſum ante tenuerant. Sed quid eſt tam ſimplex atque inoxium, quam ſuper his obſcuris ac ſepultis rebus ambitione omiſſa ſententiae libertatem integram ſeruare. Haec igitur ſuper argumentis rei gemmariae edendis fuit ratio noſtra. Magis tamen de hiſtoria fabulari declaranda, tanquam pulcriore honeſtiore que natura ſua, impeditioribus eius argumentis, cura que noſtra et ſtudio vel propter obſcuritatem digniore, laborauimus in praeſens: quam de rebus certis vel Graeciae vergentis, vel Romae praeſertim, et eius mox ne liberae quidem. Vbi fatemur reliquiſſe plurima qualia erant vtcunque conſtituta. In vultibus maxime regum quorundam non clariſſimorum, eorum que qui rem Romanam poſt Antoninos ferme tenuerunt, forte fortuna quadam, nec virtute inclyti ac mirabiles, non eſt diſſimulandum, neglegentius nos egiſſe. Primum, quod verti in his non magna momenta veteris memoriae ſciremus, etiamſi vultus non agnoſceretur hominis, aut ſi ad alium ſpecies oris alieni per coniecturam veniret. Nam ne noſtris quidem poſitis in ſerie quadam anularibus hanc diligentiam praeſtitimus adhuc, vt ora tot incognita mortalium ſuis ſtudio conquiſitis vocabulis inſcribere dignaremur. Deinde eo quoque indiligentiores videlicet fuimus, quod erat in memoria, et ſubinde auriculam perſonabat, reuocans manum ab iſta cura nimia, vox illius clariſſima, qui Regem, nec mortuos videre ſe voluiſſe, aiebat.*

*Quadrifariam vero quum diuidenda eſſet tabularum Dactyliothecae huius exponendae omnis ratio, quarum tabularum regio prima, ac velut laterculus, argumenta ſignorum interpretis vice ederet: regio dehinc altera lapillorum glebae et coloris vocabula, phyſicorum aut mangonum rei gemmariae decreto: tertia eorum nomina, qui has ipſas operis antiqui gemmas in muſeis ſuis hoc tempore ſeruant: quarta librorum indices ſcriptorum que laudem vt memoraret, ac velut e bibliothecis promeret, quorum operum ſcriptorum que litteris haec argumenta amplius declarata, lineisque adumbrata haberentur: facile quidem eſt ad putandum, prima iſta regione ornanda potiorem noſtrae curae ſtudii que partem exhauſtam fuiſſe. Nam que cum pleraque nobis ante praebita et praeſcripta fuerant, quibus altera ac tertia tabularum regio referta eſt: tum etiam ſuper vocabulis lapillorum, quorum plurimi ne quidem viſi ac tractati nobis eſſent, tanti non fuerat me laborare, quando de eis vero indicio vocandis nihilo magis hodie phyſicos inter mangones que conuenit, quam inter horologia. Non autem refert falſis illos et conſuetis nominibus, an veris accurata diligentia appellatos, vtcunque agnoſcas tamen. Sed nos, qua ratione ac lege gemmae veterum meliorum que auctorum ſententia veris vocabulis indicandae ſint, alias partim declarauimus, partim alio die ampliore que commentario, qua vita et valetudo ſuppetet, edemus. Interea lapillos quoſdam vel indicatos obſcurios falſi nos vocabulis, haud bene forte, vt aſſolet, reddidimus: vel rectiſſime ſuis ac tradi-*

*tis*

*tis olim nominibus ſignatos, facere non poſſumus, quin illi, qui barbara et adſueta verba multo cupidius prae veris appetunt, elegantiae curam et antiquitatis artes rident, male intellegant. Quam ob cauſſam omiſſa ferme obſcura illa et inutili diligentia, etiam nomina poſſeſſorum, in quibus multa nata cis Alpes Rhenumque, vel has litteras, quibus vtimur, rotundis efferenda ſyllabis et ore rotundo, reſpuebant: ea igitur prorſus reliquimus, qualia acceperamus, incontaminata. Poſita vero reddimus arctata ante compendio tabellarum, nec praefanda tali praenomine, quale vſus praeſens ac dignitas cuiuſque poſcebat. Iſtud, ne quis hanc nominum indicii que ſimplicis ſanctimoniam a nobis vllo modo contrectatam, aut mota iſta ambitioſorum ſacra cenſeat, purgatum ſatis eſto. Aliquanto plus ad cauſſam huius operis attinebat, commentarios aliorum nomine tenus edidiſſe, quod quidem quarta tabellarum regione facere inſtituimus, qui ſcriptores ea ipſa gemmarum ſigna, quae nos laudamus, oratione declarata aut lineis proponunt. In quo quidem, tanquam in vtiliſſimo ſtudioſis hominibus opere, diligentius paullo nos verſatos eſſe, negare non poſſumus. Attamen, cum eſſet maturanda huius editio commentarii, et feſtinatio operarum nos vrgeret, plurima conſignare eis tabularum noſtrarum litteris memoriter, abſentibusque fere libris, quanquam in muſeo copioſiſſimo eorum, coacti ſumus. Qua in re deſiderio meo ſatisfactum adhuc non fuiſſe, facile largior. Hi vero, qui laudati ſunt ſcriptores, poſt illa deducent lectorum ſtudia ad reliquos argumenti conſimilis auctores: quorum nomina facile eſt factu copiam talem amantibus addere per ſpatia tabularum libera et vacantia, chartis praeſertim tam bonis, in quibus exempla huius libri omnia iuſſimus vulgari. Aliqua vero hic quoque addidimus, correximusque alia non pauciſſima. Vt ſi quando pro Oli* (George Ogle) *minime claro nomine, qui partem alieni operis, tanquam ſi totum, quidquid dabat, eſſet, auctore propemodum diſſimulato ediderat. Eius igitur verum nomen librique non adſpernandi indicem verum reddimus* (de Gravelle). *Admirabilis eſt eorum hominum ſecuritas, qui aliena opera tam facile praeſertim noſcenda, quod ſit vel ad illiteratos linearum et graphices beneficio, ſic mutilata edere audent. Quod in his quidem eo grauius eſt malum, quo magis ſide editorum ſtatura eſt haec rei veterum gemmariae eruditio. Sed externi praeſertim populi candori ſimplicitatis Germanicae eo admiſſo graues ſunt, nobisque ſubinde fuerunt. Nos tamen contra ſuis auctoribus, vt vides, omnia ſumma ſide reddidimus. Nec alia vnquam ſecta noſtra futura eſt.*

*Iſta admodum qualia eſſent, ne eſſes neſcius, quicunque haec legis, neque adverſaris ſtudiis noſtris iam diu pro bono ingeniorum liberaliter ſaltem, ac ſine compendio, excubantibus, curare nos rogatos, pro officii ratione aequum fuit. Vale. Lipſiae menſe Sept. a C. N.* CIƆ IƆ CCLV

# ARGVMENTORVM IN GEMMIS ORDO AC SERIES

## *PARS PRIMA TOTA MYTHICA*


I. Hiſtoria fabularis, deos gentium antiquiſſ. exhibens, gemmis CCCCXXI.

II. Sacrificia fere ac ritus Graecorum vetuſtiſſ. gemmis XXXIIII.


## *PARS ALTERA FERE HISTORICA*


I. Gemmae Homericae, num. LXXX.

II. Heroum, Regum, Regin. antiqu. Graec. Imagines, gemmis LXVIIII.

III. Graecorum ſapientia et artibus illuſtrium Imagines, gemmis LIII.

IV. Primordia vrbis Romae et Roman. viri virtute illuſtres, gemmis LXI.

V. Regum Rom. et Impp. Auguſtarumque Imagines, iuxta et res militaris, gemmis CCVI.

VI. Ludi aliique ritus ferme Rom. gemmis XX.

VII. Animantium brut. variae ſpecies, et monſtra, et grylli, et Abraxae, gemmis XLVII.

VIII. Imagines illuſtrium ſaeculi fere praeſentis, gemmis X.


DACTY-



# DACTYLIOTHECAE VNIVERSALIS

## PARS PRIMA TOTA MYTHICA

## I. HISTORIA FABVLARIS DEORVM

### GEMMARVM VET. SIGNA

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Concilium deorum, IOVIS, PALLADIS, IVNONIS, BACCHI, APOLLINIS. | Sarda. | PRINC. REG. ELECT. SAX. | Montfauc. Ant. Expl. Supplem. T. 1, tab. 19, b |
| 2 | ICVIS OLYMPII caput laureatum. | Sardonyx. | Rex Gall. | Mariette T. 2, tab. 2. |
| 3 | Idem, minore gemma. | Sarda. | | |
| 4 | Idem, alia et maiore. | | | |
| 5 | IOVIS, MERCVRII, MARTIS concilium in monte Olympo. ſubeſt, qui montem ſuſtinet, NEPTVNVS. Ambit eos in orbem caelum, duodecim ZODIACI ſignis. | Sarda. | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 1. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 6 | IOVIS CAPITOLINI, vt edunt, caput, recto vultu. | Amethyſtus. | | |
| 7 | IOVIS, vt volunt, CASII, in rupe edita cum ſceptro ac patera. ſignum. *Quo vero* CASIVS *argumento ſit, nobis incompertum.* | Sarda | Com. Moſzynski. | |
| 8 | IOVIS HAMMONIS caput. | Heliotrop. | Idem. | |
| 9 | IOVIS caput velatum, cum fulmine. | Iaſp. praſ. | Com. a Vitzthum. | Muſ. Corton. tab. 22. |
| 10 | Aliud ſingulare IOVIS ſtantis ac nudi ſignum cum ſceptro *Pro vultu arietis caput impoſitum, Hammonis ſignificatione: ſiue quoddam Abraxae genus habebimus.* Aegyptium *Iouem alii appellant.* | Iaſp. rub. | | |
| 11 | IVPITER ſatyri ſpecie Antiopen nudans. vel *Silenus potius Nymphae per inſidias adrepens.* | Beryllus | In Galliis vsquam. | |
| 12 | Idem ferme argumentum. maiore gemma. | | | |
| 13 | IVPITER fulmine TYPHONEM proſternens. d. | Sarda | In Britannis vsquam. | |
| 14 | IVPITER tauri ſpecie Europam rapiens. | Sarda | | Maffei Gemm. 2, tab. 27. |
| 15 | Idem, vt putant, argumentum. niſi quod MINOTAVRI vultu raptor eſt: *et Nympha fere cum iaculo.* | Sarda | Imp. Rom. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, tab. 57, 2. |
| 16 | Idem CYCNI ſpecie Ledam fallens, gemma ſcita. | Onyx | Com. a Wackerbart | |
| 17 | Alius eiuscemodi congreſſus: *aliquanto minus probe. Dioſcoridis* opus. | Sarda | | |



Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 18 | Alius prope geminus illius ſuperioris. | Sarda | | Suite de Sujets deſſinés apres l'antique --- par Mr. le C. de C. à Paris 1737. *fol.* |
| 19 | Alius ſcitior minore gemma. | | | |
| 20 | Alius, opere minus docto. ad pedes adſtat CVPIDO. | | | |
| 21 | GANYMEDES in arboris trunco aſſidens aquilae IOVIS nectar in ſcypho praebet. | | | |
| 22 | Idem in cippo. | | | |
| 23 | Idem. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1. n. 32. |
| 24 | Idem STANS cum fulmine aquilam erectam amplectitur. | | | |
| 25 | IVNO cathedrae ornatiori inſidens. Alii Latonam putabant. *Cui quidem ſententiae fauet, quod capita Apollinis ac Dianae, ſ. Solis ac Lunae, ſumma in cathedra ſpectantur.* | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 26 | IVNONIS, vt putant, Reginae vultus, Imagine maiore. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 2. n. 3. |
| 27 | MINERVAE aegide ſquam. Imago. | Onyx | de Rachel. | |
| 28 | Alia eiusmodi, maiore gemma. | Onyx | Idem. | |
| 29 | MINERVAE aegide armatae et caſſide ornatiſſima elegans Imago. *Quam ante Aſpaſiae, nominis in aliquo exemplo inpreſſi errore, credebant.* *Teucri* opus. | | | Zanetti Dactyl. |
| 30 | Alia ſimilis, *Natteri* opus. *Qualem item Preisleria Noribergae minore in gemma probe reddidit.* | | | Caninius, aliique paſſim. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 31 | Alia. *Aſpaſii* opus. *Vultus quidem non Mineruae omnino nobilitatem ac robur, ſed Victoriam fere refert.* | Iaſp. rubens | Card. Ottoboni | Stoſch. Gem. tab. 13. et ante Caninius ediderat. |
| 32 | Alia PALLADIS aliter galeatae Imago. | Sardonyx | | |
| 33 | Eiuſd. peplum indutae et gladium tenentis alia. | Sarda | | |
| 34 | Eiuſd. item alia pulcra. Etruſca *editur, incertum quo argumento.* | Iaſp. rub. | Rex Gall. | Mariette T. 2. n. 4. |
| 35 | Eiuſd. alia maior. | Onyx | D. Fontiniere | |
| 36 | Item alia pulchella. | Sardonyx | | |
| 37 | Item alia. vel Bellonam edunt. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 6. |
| 38 | Et alia, vel Romae deae. | Chryſolith. | Com. Moszynski | |
| 39 | Eiuſd. alia. | | | |
| 40 | Et alia. | Sarda | | |
| 41 | MINERVA galeata ſtans in bigis noctuarum. | | | |
| 42 | Eadem ad aram clypeum depoſitum tenens. Athenarum Tutelam edunt. | Sarda | Imp. Rom. A. | Muſ. Flor. T. 1, t. 62. |
| 43 | APOLLINIS IMAGO capillati, laureati, chlamydem induti: pulcra ea et magna. | Achatonyx. | Imp. Rom. Aug. | Muſ. Flor T. 1, tab. 64. |
| 44 | Eiuſdem criniti ac diademate redimiti, inſigni capillorum cultu, alia minor. | Sarda | | |
| 45 | Eiuſdem τοξότȣ Imago. | Achaton. | Imp. Rom. Aug. | Muſ. Flor. Ibid. vt ſ. |
| 46 | Eiuſdem, maiore gemma. | | | |
| 47 | Eiuſdem, etiam maiore. | | | |
| 48 | Eiuſdem, cum ſigno Marſyae pendentis de arboris trunco, alia. | Sarda | | |
| 49 | Eiuſdem Imago. | | | |
| 50 | Eiuſdem alia *niſi potius Pentheſilea eſt ob victoriam laureata.* | Carched. | | |

*reata.*

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *reata. Iactat enim caput, ac tenet bipennem.* | | | |
| 51 | Eiuſdem caput laureati eleganterque culti. | | In Britannis vſquam. | |
| 52 | Idem. *Gemma obſcurius litterata eſt elementis fere iſtis,* ΟΣΙΩΝ, *quod eſſet quidem,* ſanctorum. | Onyx. | Fr. Palazzi | Ant. Borionii Coll. Ant. Rom. tab. 31. |
| 53 | Idem. | Sarda | | |
| 54 | APOLLO ſtans ad aram, in qua tripus: citharam ſiniſtra geſtat in columella poſitam. gemma magna. | Amethyſtus | Theſ. S. Dionyſ. | Montf. Ant. Expl. T. 1, tab. 49, n. 3. |
| 55 | Idem nudus vmbilici fine, citharam poſitam temperat in ſigno ferme Phoebados ſacerdotis. | Sardonyx | | Maffei Gemme Tom. 2. t. 45. |
| 56 | Idem. *Superiori ſimilior.* | Sarda | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 66, 1. |
| 57 | Idem vt n. 55. gem. minore. | Sarda | Card. Ottoboni | Maff. Gem. T. 2, t. 47. |
| 58 | Idem τοξοτης. | Sarda | Com. Moszynski | |
| 59 | Idem citharae neruos iugo intendens vt cantaturus. *ſiue potius Achilles eſt citharoedus.* Poſt tergum Victoriolae ſignum in columna viſitur. | Sarda | | Cauſei Gem. tab. 57. |
| 60 | APOLLO Pythius, vt quidem traditur, *eo ſtatu, qualis modo nunc emiſiſſe telum τοξοτης videatur, et qualem in hortis Vaticanis Romae marmoreum ſeruant.* | Carched. | In Britannis vſquam | |
| 61 | Alius, *ſi tamen eſt Apollo nam breuior tonſura:* ſtans ad arboris truncum cum lyra. Adſtans ludere eum Cupido videtur. | Sarda. | Rex Gall. | Mariette T. 2, t. 14. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 62 | Alius ſedens in ara cum cithara magna. Adeſt ſingulari cultu peplorum ac veli Muſa, quae item citharam tenet. In medio eorum cortina maior ſub arbore poſita. Opus pulcrum. | Sarda | | |
| 63 | Alius cithara arae impoſita Cupidinem arcu erepto plorantem abigit: *mox poenam daturus in Daphnide.* | Sarda | In Britannis vſquam. | |
| 64 | Alius Coronidem enectam, vt putant, lugens. *Nobis tamen aliud argumentum, neque ille Apollo videtur eſſe, adoleſcens minime capillatus: et nixus fere ille in clava. Quae vero iacet humi mulieris ſpecies clypeum habet.* | Sarda | | |
| 65 | Alius ſedens ſub arbore cum tibia maiore ac fiſtula. *Admeto igitur is Apollo traditus: niſi tamen rectius Herculem Muſarum eum accipias.* | Sarda | | |
| 66 | Alius nudus cum cithara, qui Scythae in genua procumbenti ferrum iratus tradit excoriando Marſyae, qui prope eſt ad arboris truncum deligatus. Litteris maiuſculis inſcriptum gemmae. LAVR. MED. quod ſit, *Laurentius Mediceus*, aetatem operis ante annos trecentos, eumque qui fieri iuſſerit, vel potius qui ſerua- | Sarda | Rex Sicil. | |

rianti-

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | ri antiquum, notans. gemma magna. | | | |
| 67 | Pegaſus. | Opali genus v. Kab. Aug. | | |
| 68 | DIANA pulchella poſt venationem leuiter adquieſcens in columella. Succincta illa et cothurnata. *Apollonii* opus. | Sarda. | Princ. Corſini | |
| 69 | Alia eius Imago pulcra. | | | |
| 70 | Alia ſtans toto corpore: peplum illa induta ac diſcincta, ceruum cornibus prehenſum regit. *Heii* opus, qua litteris maiuſculis HEIOY, in quibus abundare τὸ E videtur, in ima gemma inſcriptis fides eſt. | | L. Bar. a Stoſch. | Gemmis tab. 36. |
| 71 | Alia curſu arcum tendens, cum cane venatore. | | | |
| 72 | Alia, *vt quidem putatur*, Diana nuda. *Adſpicit rupem variis rebus, vt praeſericulo, vt claua, cet. cultam. In ea rupe inſidere Sphinx alata videtur.* | | | |
| 73 | VVLCANVS inſidet ad incudem ſignis caelatam in throno. arma fortaſſis Aeneae feſtinans: nam adſtat Venus taedam ardentem tenens magnam. Satyriſcus tibiis accinit. | | | Mr. de Gravelle Recueil de p. grav. t. 1, n. 13. |
| 74 | Alius eiusmodi cum Venere et Cupidine. *Opere minus bono, neque vetuſtatis compertae.* | Amethyſt. | | |

75 Alius

Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 75 | Alius VVLCANVS operi ſuo intentus, cui adſunt diuerſa, multis deorum ſuperſtitionis vetuſtae ſignis, numina; vt VENVS et CVPIDO, vt CASTOR et POLLVX, vt MERCVRIVS, et alii. gemma magna. | Onyx | L. Bar. a Stoſch. | |
| 76 | Alius VVLCANVS Veneri ac Marti vincula per inſidias machinatus. Adeſt CVPIDO quoque. *Opus ſingulare.* | Beryllus | Com. a Wackerb. | |
| 77 | VENVS πελαγία hippocampis inuecta, quos ducit Amor paruus. | Amethyſt | Rex Sicil. | |
| 78 | Alia, quam Anadyomenen edunt, ſe deſtringens, dum reſumit peplum. adſtat ludens Cupido paruus. | Sarda | | |
| 79 | Alia cum Cupidine facem geſtante peplum reſumens. | Sarda | a Luikow. | |
| 80 | Alia eiusmodi in gemmula minuta, *eo ſtatu, qualis, Ouidii verbo,* Quoties velamina ponit, Protegitur laeua. | Sardon. | Com. Moszynski. | |
| 81 | Alia eiusmodi in gemma paullo maiore, cum aquiminali amphora pulchella. | Praſios | | Suite de Sujets du C. de C. ſup. n. 18. |
| 82 | Alia inclinata, vt item ſolet, et conſidens in poplites, quo tectius induat ſtolam. Adſtat item vas aquiminale. | | | |
| 83 | Alia eiuſmodi. | | | |
| 84 | Alia item earum ſimilis, ſine aquiminali. | Sarda | | |
| 85 | Et alia. | Sarda | | |

86 Et

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 86 | Et alia. | Sarda | | |
| 87 | VENVS nuda et ſtans auerſa. In columella quidem ſiniſtrum in cubitum innititur. *Callipygam* edunt. | | | |
| 88 | Venus Martem amplexa, tanquam quae exarmare eum videatur. Clypeum tenet, lorica ad pedes poſita. *Opus doctum.* | | | |
| 89 | Alia eiusmodi, quae retinere Martem in procinctu ſtantem dextra prehenſa videtur. | Sarda | L. Bar. a Rakeniz. | Mr. de Gravelle Recueil de Pier. grav. T. I, tab. 6. |
| 90 | Alia quae iam clypeum eripuit oſculata Martem in ſponda inſidentem lectuli. adſtat Cupido. in gemma maiore. | Carched. | | |
| 91 | Alia ſcitior, quae iam prorſus blanditiis demulcet atque a pugna retinet Martem. gemma item magna. | | | |
| 92 | VENVS victrix et arma inſpiciens, ſiue *Lacedaemoniam* dixeris. CVPIDO alludens galeam Marti ereptam verſat. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. I, t. 20. |
| 93 | Alia eiuſcemodi in gemma minore anulari. | | | |
| 94 | Alia, ſine Cupidine, in gemmula minuta. | | | |
| 95 | Et alia. | Sarda | C. Moszynski | Maffei Gem. T. 3, tab. 4. |
| 96 | VENVS nuda capillos deſtringens, *vel potius diadema reſumens, poſteaquam eluxit Adonin. Taenias certe vtraque manu circum capillos tendit. in columella,* | Sarda | Idem. | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *qua nititur, fixa eſſe quaedam thyrſi ſpecies videtur.* | | | |
| 97 | Alia accumbens et hypampelo tecta dormire videtur. imminet ſatyrus peplique laciniam trahit. *ſiue* Antiopa *potius eſt, quam Iupiter ſatyri ſpecie fallens traditur compreſſiſſe.* | Achates. | Card. Ottoboni | Maff. Gem. T. 3, tab. 9. |
| 98 | Alia VENVS velut chlamydata inſidet in arboris trunco, Cupidinemque paruum arcu erepto ludit. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 22. |
| 99 | Alia eiusmodi ſtans: nuda ferme illa ac ſingularis, telo Cupidinis erepto cum illo, qui repetiturus videtur, certat. *Vterque veſtigium firmare in quadam draconum ſpecie mihi quidem viſus eſt ad pedes Veneris poſita veluti Panis perſona eſt. Opus gemmae pulcrum.* | Sarda | Com. a Wackerb. Salmour. | |
| 100 | Alia inclinata ſedensque in poplites: *hypampelo tecta: ſiue ea nec Venus: eſt enim aliter culta: verum Nympha quidem, lactentem Cupidinem, aliquemue Amorum, ad mammam admouens. quibusdam*, Voluptas. | | | |
| 101 | Alia VENVS inſidens in cippo, ludensque cum amore parmulo, qui ad dextram illius manum aduolat: *in qua telum illa pueri ventilare videtur.* Verticordiam *edunt, incompertis, huic homini* | Sardonyx | | |

quidem

| Nume-rorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *quidem, argumentis.* Auli *opus, quoniam in ima gemma, maiore et ipſa,* ΑΥΛΟϹ *litteris maiuſculis legitur, eſſe nimirum intellegunt.* | | | |
| 102 | Alia pulchella in gemma parua, dum velum vtraque manu tractans reſumit. | Sarda | | |
| 103 | HERMAPHRODITI, vt edunt, humi ſedentis, eleganterque capillati, manibus et capite in genu ſiniſtrum inclinati, vt ſortem ſuam lugentis, ſpecies ſingularis. | | | |
| 104 | HERMAPHRODITVS alius recumbens ſub arbore. Circum ſunt Amores: quorum vnus cithara canit: alius fiſtula: *alius geſtat vmbellam. Qua de vmbellae ſpecie Litt. Lipſ. Commentario 4.* | Sarda | | |
| 105 | Idem argumentum, gemma minore. *Sed opere ſcitiore.* | Sarda | Com. a Wackerb.Salmour | |
| 106 | Idem, in maiore gemma. | Iaſp. rub. | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 7. |
| 107 | ADONIS, cui Amoris, tanquam Victoriolae, quoddam ſignum corollam imponit. Chlamydatus eſt: in dextra venabulum: ad pedes canis venaticus. | Sarda | Mylord Euſton | |
| 108 | CERERIS, quae ſpicas laeto vultu intuetur, Imago pulchella. | Sarda | | |
| 109 | Alia illius item valde ſcita. Tenet ſitellam, *ſiue Copiae quoddam cornu dixeris,* | Sarda | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | vnde laeta prominent ſpicarum germina. | | | |
| 110 | Alia iam toto corpore: velata illa et inſidens in ſella, ſcabello pedibus ſuppoſito. Adſtat Triptolemus, ſiue quilibet agricola eſt et hortulanus, qui in ſitella exuberantes ſpicas deae porrigit et oſtendit. | Praſios | Imp. R. Aug. | Muſ. Flor. T. 2, t. 38. 4. |
| 111 | Alia ſedens in cathedra cum ſpicis, aduentante Triptolemo draconum in bigis. *opus ſingulare.* | Praſios | Comes Vicedom. ab Eckſtaedt. | |
| 112 | Eadem, vt editur, legifera, ac triumphans in bigis Elephantorum. | Praſios | | |
| 113 | Signa paſtorum fere, qui papauerum capita colligere ſub arbore videntur. *Adſtare putes Triptolemum, heroa certe ſpecie, cui tradere Nympha ſuccinctior, duplici quidem cinctura, ſiue ea Ceres eſt, papauer videtur. Obſcuriore quidem, quod ad hunc hominem, argumento.* | Iaſp. rub. | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 16. |
| 114 | TRIPTOLEMVS, *quem edunt quidem,* nixus in columella. *Claret autem tali e ſtatu, cur ſeruus, in quem ſe dominus inclinare conſueſſet, quod item Bacchi in Faunum reclinati ſigna frequentia oſtendunt, veluti infra num. 164. 170, 171,* columella *heri ſui recte et* | | | |

*graphice*

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *graphice dici poſſet. Pace iſtud vero Donati, vel e diuerſo Salmaſii, dictum eſto.* | | | |
| 115 | Vas magnum, elegans, caelatum, ventricoſum: Copiae cornibus vtrinque poſitis ſpectandum. Plena omnia ſpicarum. Abundantiae et Cereris benignae ſigna ſunt. in gemma altius conuexa. | | | |
| 116 | MARS ſedens in lorica, galeamque et clypeum calcans. Pacis et annonae laxioris ſignum, Ariſtophanis in Irene ioco nobili claret. | | | |
| 117 | MARS alius poſitis armis Cereri fauens ac pacifer. Oleae ramum Copiaeque cornu geſtat. | | | |
| 118 | NEPTVNVS feſſi et quieſcentis poſt laborem ſpecie: tridente quidem agnoſcendus. | Sarda | | |
| 119 | Alius eiusmodi opere nobiliſſ. in gemma maiore. Ad pedes poſitum eſt vas praefericuli ſpecie. | | | de Gravelle Recueil de Pier. grav. T. I, t. I. |
| 120 | Alius priſco more palliatus in bigis hippocamp. | | | |
| 121 | Alius eiusmodi in quadrigis hippocamp. gemma magna. | Cryſtallos | Dux Stroz. Romae | |
| 122 | Alius thyrſum geſtans et vno in hippocampo vectus. | | | |
| 123 | NEREVS ac DORIS, *vt eduntur quidem.* Eorum ille Tritonis facie remum geſtat: iſta puerum vna natantem regit. *in ſinu eorum* | Amethyſt. | Imp. R. Aug. | Muſ. Flor. T. II, tab. 46. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *haerere quaedam Amoris parui ſpecies videtur.* | | | |
| 124 | NEPTVNVS fere cum VENERE pulchella, *ſiue ea Galatea eſt*, in hippocampo. Dux eis Triton buccina canens. | Sarda | In Britannis vsquam. | |
| 125 | OCEANVS *fere, qui putatur,* Venerem vehens. *Speculum ille, ſi vera videndo cernimus, ante ora deae tenet. Aeſchyli Prometheo nonnihil verborum, ſi recte memini, habetur, quod iſta declaret amplius.* | Ectypa g. quae et *Cameo.* | Rex Sicil. | |
| 126 | TETHYS, vxor Oceani, non *Thetis;* hippocampis duobus inſidens. | | | |
| 127 | SCYLLA mortalem captum, quem impediiſſe campis femorum ſpirisque videtur, remo arrepto feriens. | Sarda | | |
| 128 | Alia eiuſm. gemma minore: opere meliore. | | | |
| 129 | MERCVRII Imago vultu recto petaſati. | | | |
| 130 | Alia eiusmodi chlamydata. | | | |
| 131 | Alia prorſus talis, qualem Romae veteris aera trientibus ſextantibusque reddunt. *Diadematis lemniſcos ſub petaſo videas.* | | | |
| 132 | Alia illius Imago vultu recto magna et pulcherrima. Nudum eſt caput palliati et caduceo ſpectandi. | Sarda | Com. a Wackerbarth Salmour | |
| 133 | MERCVRIVS toto corpore exſtans, pulchellus, ad palmae truncum. *laeuo ab humero* | Sarda | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *ro priſco de more palliatus eſt.* | | | |
| 134 | Alius eiusmodi decorus, et chlamydatus. dextra ad oſculum admota cogitabundus videtur. | Sarda | Dux Strozi | Muſ. Flor. T. 1, 40, 2. |
| 135 | Alius. pulcher ille, et crumenam lucro refertam, vt ſolet, porrigens. *Stat ante aram, in qua arietis caput impoſitum eſt. ad pedes gallus gallinaceus.* | Sarda | | |
| 136 | Alius propemodum talis. minore gemma. | Sarda | | |
| 137 | Alius penula eleganter amictus, caduceum ſiniſtra, vt ſolet, geſtat. *Natteri* opus. | Sarda | | |
| 138 | Eadem Mercurii ſpecies: gemma paullo maiore. *Dioscoridis* opus. | Sarda | | Spon. dein a Stoſch Gem. tab. 28. |
| 139 | Alius nudus: ſtans in quadrigis arietum. | Praſios | | |
| 140 | Alius nudus, ſedens in ariete. | | | |
| 141 | Alius ſedens in cippo: *ſiue ea lorica eſt. nam obſcurum fere gemmae opus. Circum ſpectandi ſunt gallus gallinaceus, ſcorpius, teſtudo, aries.* | | | |
| | Alius penulatus ad aram: ad- | Sarda | | de Gravelle Recueil, |
| 142 | dito oleae ramo. | | | Vol. 1, tab. 11. |
| | Alius eadem ſpecie. | Sarda | | |
| 143 | Alius ſedens. | Sarda | | |
| 144 | Alius cum crumena et cadu- | | | |
| 145 | ceo clamydem indutus. | | | |
| | gemma minore. | | | |
| | Alius hominis vita functi | | | |
| 146 | vmbram reducens ab in- | | | |
| | feris. *Alceſtidos* fortaſſe. | | | |



Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 147 | Aries cum ſpica, Mercurii argumentum. | Sarda alba | C. Moszynski | |
| 148 | BACCHI pueri, chlamydati illius et pampinis redimiti, caput pulchellum. | Sarda | Idem. | |
| 149 | Incunabula BACCHI ſignis plurimis, pulcherrimisque ſpectanda. | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 47. |
| 150 | Eadem. *paullo maiore gemma.* | Sarda | Conſ. a Vieth. ante C. Sax. | |
| 151 | Alia eodem argumento. *etiam maiore gemma.* | Sarda | De Bianconi Conſ. | |
| 152 | Alia *paullo etiam minor regia. ſed bella. Et nunc quoque Iaſpide e rufo varia, hoc eodem volumine, Lipſiae vidimus.* | Sarda | Richteri Prof. Art. Lipſ. | Muſeo Richterio. Dactyl. tab. 2, n. 22. |
| 153 | Alia, *item parua, neque improba.* Dorſi *quidem, vt veriſimile eſt, opus.* | Sarda | ab Ebermayer Noribergae | |
| 154 | Alia porrectior in altum hoc argumento gemma. opere minus probo. | Praſios | | |
| 155 | BACCHVS in bigis hircorum. *At ille nobis quidem eſſe Amor videtur.* | | | |
| 156 | Alius, *ſi tamen is eſt Bacchus,* pantheris currum trahentibus. *Vtramque feram inſidens cuique Amor regit. Nobis quidem leaenae eſſe ebriae ſub iugo videntur. Cur vero leaenae potius efferae naturae argumentum eſſent, Aelianus cauſſam dicit.* | | | |
| 157 | Alius thyrſum geſtans vna cum CERERE in bigis leonum. | Achates | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 3. |
| 158 | Alius peplum trahens, thyrſumque geſtans temulenti | Sarda | | |

ſpecie.

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | ſpecie. *Siue ille Ariadnen cupidius petit.* | | | |
| 159 | Alius ſtans, et pulchellus ille quidem, cantharum geſtat ac thyrſum. | Sarda. | | |
| 160 | Alius cum cantharo thyrſoque hypampelo inumbratur. *Aduolat Cupido. ad pedes panthera eſt.* | | | |
| 161 | Alius coronatus cum thyrſo taeniis reuincto in leone ſedet. | | | |
| 162 | Alius eiusmodi ſedens et in Faunum inclinatus, cum cantharo magno. Ad pedes panthera ebria blandiendo ludit. | | | |
| 163 | Alius nudus dextra tenet vuam: ſiniſtro cubito premit amphoram vini magnam: caelatam illam leonum ſignis. | | | |
| 164 | Alius item ebrius, isque pulcher, in gemma magna *Faunus eum licio cinctus ſuſtinet. Adſtare a dextris Mars nudus cum face, veſtigio galeae impoſito, videtur. Is Bacchum, Indiae, vt opinor, victorem, coronat. Alii* Orgia Bacchi *edunt, argumento idoneo, niſi nos fugit ratio, nullo.* | Iaſpis | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 37. |
| 165 | SILENVS cum cantharo in pelle leonina, *conſito vitibus loco, adquieſcens. Circum Satyri et Amor,* | | D. Crozat. quondam Pariſ. | de la Chauſſe Muſ. Rom. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *et aſinus ebrius, et hircus. Opus non improbum: ſed minus doctum, dubiumque nobis. Item* Orgia *eſſe edunt.* | | | |
| 166 | Alius Silenus, qui aſino ebrius vehitur. *Deducit eum adoleſcens chlamydatus tibiis canendo. Comites eunt mulier, et palliati aliqui, cum cithara.* | | | |
| 167 | Alius eiuſmodi; *quem ſequitur Amor: comitantur Satyri ac Bacchae cum thyrſis. Opus doctum.* | | | |
| 168 | BACCHVS habitior, *quem Satyriſca ſuſtinet: vehunt Silenus et Faunus ebrium: deducit Baccha cum cymbalis: comitantur aliae Thyades tibiis concinentes. Opus doctum et clarum.* | Iaſp. rubens | Rex Gall. | *Scaliger Opuſc.: Caſaubonus Perſio edendo: nouiſſime* Mariette T. 1, tab. 36. |
| 169 | SILENI alia in aſino ſedentis deductio. | | | |
| 170 | BACCHVS facem ſiniſtra accenſam, quam pampinus ambit, praeferens: dextra ſerpentem. *nixus ipſe habitior in Fauno obeſiore: a Pane alioque a Fauno ad Ariadnen in lectulo eiulantem deducitur.* | Sarda | Rex Gall. | *Argumentum nobile editumque a multis, vt a* Baptiſta Franco, Aeneaque Vico, Maffeo, Caronia, *(Mlle Cheron) et nouiſſ.* Montfauc. Ant. Expl. T. I, tab. 150. Maffei Gem. T. 3, t. 33. |
| 171 | Idem argumentum, maiore in gemma. *opere paullo deteriore. Sed in vtraque gemma dubiae vetuſtatis nobis quidem manus, ſignis ac veſtigiis quibusdam, videtur.* | | | |

172 BAC-

Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 172 | BACCHI hedera coronati et SILENI, *vt quidem edunt,* capita vultibus rectis. *Nobis quidem certe ſemper, cuius argumenti item Sardam huic gemellam opere doctiſſimo inſcalptam ſeruabamus, is Hercules viſus eſt cum Deianira, aut, ſi mavelis, cum Omphale.* | | | |
| 173 | BACCHI, eiusque Indici fortaſſe, *vt edere inſtituunt, caput pulcrum ac ſingulare: barbatus eſt enim, cornibusque veluti, quae intellegere ſe putabant, inſignis. Sed cultus capilli ſingularis, et reliqua, conuenire ei non videntur, et corona certe querna, non hederacea, glandibus foeta, facit, vt vna glans eminens in ſummo capite cornu eſſe paruum videretur.* | Sardonyx | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 21. |
| 174 | SILENI coronati pampinis et recalui Imago, vultu recto, *quem proſpicientem dicas et aduerſum, reliquos, vt modo ſuperiorem, dextros, vel inde ſiniſtros auerſorum. ſuſpicientium, aut deſpicientium, et obliquorum, quae Plinio* catagrapha, *alia eſt ratio.* | | | |
| 175 | Alia illius, a ſiniſtris auerſo vultu. | Sarda | D. Wernuth. | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 176 | BACCHAE nebridem neglegenter indutae, caputque iactantis, Imago pulchella. | Sarda | Princ. Corſini | |
| 177 | Alia eiuſmodi. | | | |
| 178 | Item alia ſcita. *et obſcurius, in exemplis quidem, litterata.* | | | |
| 179 | Caput Bacchae honeſtum. | Sarda | Com. a Wackerbart - Salmour. | |
| 180 | Alia Thyados pulcrae, nec dum ebriae, thyrſo ſpectanda Imago. | Amethyſtos | | |
| 181 | Alia eiusmodi. gemma maiore. | Exſc. v. *Camée.* | | |
| 182 | Alia ſingularis Thyados iam prorſus ebriae et vmbilico tenus nudatae. | Sarda | | |
| 183 | SILENVS reuinctus *ad arboris truncum.* Cui illudere Pan cum cantharo, et Nympha accumbens, ſiue ea Venus eſt, videntur. *Quales in Bucolicis Virgilii Nymphae Sileno parabant* Ipſis e vincula ſertis. | Sarda | In Britannis vſquam. | |
| 184 | THYAS peplo et amiculo ampliter velata, caputque iactans. opere ſcitiſſimo. | | | |
| 185 | FAVNVS ebrius, qui pelle leonis pallii loco vtitur, caputque ſaltans miris modis iactat: thyrſum ille taeniis reuinctum cantharumque geſtans. Sub pedibus titubantis temulentia amphora euerſa vinum effundit. Opus doctum. | Sardonyx | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 41. |
| 186 | Eadem Fauni bacchantis ſpecies minore in gemma. | Vitrum amethyſtiz. | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 2, tab. 3, n. 2. |

opus,

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | opus, *vt quidem legerat Gorius*, ΓΕΙΜΟ... *Nomine nobis incomperto.* | | | |
| 187 | Eadem ſpecies, gemma paullo maiore. *opere minus molli.* | Amethyſt. | | Maffei Gemm. |
| 188 | Eadem etiam maiore. | | | |
| 189 | Eadem inpreſſa in gemma minuta, *ſed illa ſcitiſſima.* | Sarda | Com. Moszynski. | |
| 190 | BACCHA potatura e cymbio maiore. *ſiue ea Hebe eſt Nectar praeguſtans.* ad pedes vas poſitum praefericulo ſimile cum palmae ramo. a tergo hypampelos. | Sarda | Com. a Wackerbart-Salmour. | |
| 191 | Alia ſpecies mulieris codicem apertum tenentis. *Muſam dicas licet.* a tergo hypampelon habet. ante pedes eſt ſingulari ſpecie tripus. *opus autem apprime doctum.* | Sarda | | |
| 192 | Alia ſpecies THYADOS palliatae verecundius, ac thyrſum tenentis. *Hoc modeſtiore nimirum ſtatu Muſam eam item, vt lubet, vocaueris.* | Sarda | | |
| 193 | Alia eiuſcemodi, minore in gemma. | | | |
| 194 | THYADOS *clariſſimum operibus veterum ſignum.* capite iactando diſtortisque membris omnibus furibundae ſpeciem habet. | Vitro | | Maffei Gem. T. 2, tab. 56. Suite de Sujets ſupra num. 18. |
| 195 | Alia eiuscemodi, maiore in gemma. | Sardonyx | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 41. |
| 196 | Alia, ſine Fauno ſedente in ſolio, qui potet e cornu. | Carchedon. | in Galliis vsquam. | |

 Sed

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | Sed feminae nixae in ara ſertis coronata adſtat Panis quoddam ſignum Hermaeum. | | | |
| 197 | BACCHANS mulier ſpecie propemodum ſimili, ſed alia tamen: *dracones illa quidem tractans: aſſultat a latere ſerpens magnus. Vas cum ſpicis a tergo poſitum eſt.* | Sarda | Rex Sicil. | |
| 198 | BACCHAE Imago cum thyrſo. | Praſios | | |
| 199 | BACCHAE, *ſiue illa eſt Bacchi* potius, perſona, *vultu inprimis pulcro et honeſto. recta frons et aduerſa intuenti. Diademate vinctus eſt, et capillatus cirris pendentibus. opus doctum.* | Sarda | | |
| 200 | BACCHAE fere Imago, *ſiue illa Muſa eſt, vel poëtria,* velo cultae ac hederacea corolla, *modeſtiore vultu.* | | | |
| 201 | Alia ſimilis illius. | | | |
| 202 | BACCHAE ſedentis in cippo, *ſiue ea quoque Muſa eſt,* ſpecies pulcra. Pantherae illa e cantharo muſtum praebet, *ſiue lea eſt, vt huic homini quidem videtur, potius.* Muſtum ſiniſtra manu de racemis vineae praeſentis modo nunc exprimit. a tergo fere quaedam litterarum ſpecies. Hetruſcas putant. | Sarda | Imp. Rom. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 92, 7. |
| 203 | BACCHI pueri Imago, *ſiue ille Faunus puer eſt, vel potius, qui eſſe ab erudi-* | Amethyſt. | Victorior. | Muſ. Flor. T. 2, n. 13. |

tis

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *tis hominibus luculentis eorum Commentariis traditur, et alarum remigia quodammodo conſpicienda arguunt,* Amor ſingulari quadam ſpecie palliatus. *Reliqua eorum, quibus videtur dicendus* Ἄκρατος τῶν ἀμφὶ Διόνυσον δαίμων, *obſcuro quidem valde numinis agnoſcendi veſtigio, non adſciſcimus. Vultus renidentis, ſeu cantillantis ferme, propemodum rectus eſt.* opus alte impreſſum ac doctiſſimum. | | | |
| 204 | FAVNI Imago chlamydata ridentis, vultu recto ac pulcro, e gemma maxima exſcalpta. | Amethyſt. | Victorior. | Muſ. Flor. T. 2. t. 45. |
| 205 | Alia, vt ſolet, obliquo vultu et a ſiniſtris conſpiciendo. | Ectyp. quae vulgo Caméo | | |
| 206 | Alia eiuſcemodi FAVNI prouectioris aetatis, rhenone, *ſiue eam nebrida dixeris,* dextro ab humero culta. | | | |
| 207 | Alia eiusmodi in gemma paullo minore. | | | |
| 208 | Et alia adoleſcentis, eiusque ridibundi et hedera coronati. | | | |
| 209 | Alia FAVNI ridentis eleganterque capillati et coronati, vultu recto. | | | |
| 210 | Alia eiuſmodi chlamydata capillati: in gemma paullo minore. opus pulcrum. | Sarda | Com. Moszynski. | |

211 FAV-

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 211 | FAVNVS bacchans, nudus, pulcher. manibus ille cymbala pulſans. dextro pede crupezium, ſiue ſcabillum dixeris, calcat. | Sarda | Com. Moszynski. | |
| 212 | FAVNVS alius nudus ac tibicen tibiis duabus, *bifori, vt eſt apud poetam, cantu imparibus ferme.* | | | |
| 213 | SILENVS mero grauis nititur in thyrſo. Ad pedes matula fere praeberi Sileno videtur a Fauno paruo σκαφηφόρῳ. | Sarda | | Maffei Gem. T. 3. t. 45. |
| 214 | FAVNVS maior, qui Faunae paruae de amphora magna praebere merum fundendo videtur. | Sarda | | |
| 215 | FAVNVS alius, qui femellam ruſticam nudam manibus ad ſaltandum dextroque pede alleuat. | Sarda | | |
| 216 | Alius rhenonem fere indutus, qui de vtre vinum in ſinum appoſitum Priapo fundit. Signum illius paruum in columna poſitum hypampelo obtegitur. | Iaſpachates | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, tab. 95, n. 4. |
| 217 | FAVNVS in genu dextrum procumbens, vt corollam de palmite plexurus. | Sarda | | |
| 218 | Alius eodem ſtatu. | Sarda | Conſ. Iuſt. | |
| 219 | Alius fere, qui contendere cum paſtore de tibia erepta videtur. | | | |
| 220 | Alius humi aſſidens in nebride, vt opinor. intra pedes poſitas habet tibias duas maiores. *Nicomachi* opus. | Achates nig. | Hier. Odam | Stoſch tab. 44. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 221 | PAN cum fiſtula maiore ſedens; cui applicari fere paſtor videtur o. m. Adſtat Nympha lac in gaulo, ſiue mulctram eam dixeris eſſe, offerens alte ſublatum ſedenti. | | | |
| 222 | FAVNVS adoleſcens pulchellus in cippo adſidens ad ſignum Panis hermaeum. Prope eum tibiae maiores defixae eminent. | Onyx | Com. a Wazdorff | |
| 223 | SATYRVS cum claua ſuper aram pronus, et aduerſus hircum arietando pugnans. gemma magna. | Sarda | Rex Sicil. | |
| 224 | FAVNVS ebrius pedum geſtat et vuam, quam exprimit in ſinum infra poſitum. | Amethyſt. | | |
| 225 | MARSYAE et OLYMPI, vt eduntur quidem, perſonae: *vel potius Bacchi forte ac Sileni. cum eis fiſtula viſitur, et litterae nonnullae obſcuriores. Hetruſcas putant.* | Amethyſt. | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 49. |
| 226 | SILENI ridentis ac pampinis coronati perſona pulcra. | Ectypa g. v. *Cameo.* | | |
| 227 | FAVNVS capram ſtrangulando elidens. Icarum *edunt, Erigones, vt opinor, patrem.* | | | |
| 228 | Alius eadem ſpecie paſtor, in gemma paullo maiore. | Iaſpis | Bourdalouë | Mlle Cheron Pierres grav. |
| 229 | TMOLI, vt putant, caput. | Sarda | | |
| 230 | BACCHVS, vel potius paſtor quilibet, amphoram vini plenam coronans. | Sarda | | Maffei et Montfauc. T. 1, tab. 113, 4. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 231 | Taurus Dionyſiacus, vt appellant. *Hylli* opus. | Sarda alba | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 42. Stoſch n. 40. |
| 232 | SOL ORIENS in quadrigis, ſingulari arte factus. circum ſunt duodecim Zodiaci ſigna. | Onyx | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 2, tab. 88. |
| 233 | LVNA bigis inuecta, ac dracone, qui caudam voluminis ſui mordicus apprehendit, in orbem cincta. *Hoc argumentum a tergo impreſſum eſt Onychi ei, quam numero 232. modo nunc diximus.* | | | |
| 234 | Item PHOEBVS oriens ſignis duodecim circumdatus. minore gemma. | Carched. | | |
| 235 | Alius eodem argumento. | Onyx | | |
| 236 | PHAETONTIS de bigis, equis conſternatis, caſus. *Siue potius agitatoris Circenſis cuiuscunque eſt, vel Hippolyti.* | Sarda | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, tab. 66, 2 |
| 237 | LVNI dei, vt proditur quidem, Imago. | Iaſp. vir. | | Maffei Gem. T. 3, t. 49. |
| 238 | HERCVLIS adoleſcentis caput pulchellum. | Carched. | | |
| 239 | Idem. *Cnaei* opus. | Carched. | | |
| 240 | Eiuſdem caput in gemma minore, quam iſta ſuperior eſt, exuviis illud leonis Nem. exornatum. | Achates nigra. | | |
| 241 | Aliud eiuſdem nudum ac pulcherrimum, maiore rurſus in gemma. | Carched. | Dux Strozi | Muſ. Flor. T. 2, t. 100, 1. |
| 242 | Aliud laureatum et exuuiis leonis ſpectandum, fracta in ſummo gemma. *Oneſae* opus. | Sarda | Imp. Ro. Aug. | Ibid. T. 1, t. 1. n. 3. |

243 Aliud

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 243 | Aliud eiuſmodi laureatum. | Praſios | | |
| 244 | Aliud eiuſmodi. | Sarda | | |
| 245 | Aliud nudum, et ipſum quoque pulcherrimum, addito clauae ſigno. *Cnaei* opus. | | | |
| 246 | Caput idem, gemma maiore. eiuſdem *Cnaei* opus. | | | |
| 247 | Caput magnum longeque pulcherrimum, vultu prope recto, *quales verſos ad obtutum ſpectantibus dicere ſolemus.* HERCVLIS illud barbati aetateque prouectiore, ac toris iam humerorum ac robore ceruicis conſpiciendi ampliore. | Amethyſt. | Dux Deuonius | |
| 248 | Aliud eius barbati, auerſo et a ſiniſtris conſpiciendo vultu. | Amethyſt. | | |
| 249 | Aliud, gemma minore. | | | |
| 250 | Item aliud. | | | |
| 251 | Et aliud laureatum; ſiue populea eſt, qualis quidem nobis eſſe videtur, corona: in gemma minutiſſima. | Onyx | C. Moszynski | |
| 252 | Aliud eiuſmodi lauro redimitum ob victorias, cum claua: humero quidem ampliore per imaginis fundum exſerto. | Sarda | Idem | |
| 253 | Herculis, quem Romanum edunt, caput aliud maius, leonis iſtud exuuiis exornatum. | Onyx | | |
| 254 | Aliud eiuſcemodi pulchrum, gemma maiore. | Sarda | Idem | |
| 255 | HERCVLIS et OMPHALES capitibus iugatis Imagines pulcrae. *Carpi* opus. | | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 256 | HERCVLIS et HYLAE, *vt intellegendo quidem edunt,* capita iugata. | Sarda | Com. a Wackerbart - Salmour | |
| 257 | HERCVLES puer angues elidens. ante pedes claua eſt. | | | |
| 258 | Idem ſtans, et iam barbatus, claua poſt tergum abiecta leonem frangit. | Iaſpis rub. | Lib. Baro a Rackenitz | |
| 259 | Eiuſdem idem labor. | Iaſp. rub. | Curia Lipſ. | |
| 260 | HERCVLES alius adoleſcentior et bellus, clauam dextro humero impoſitam geſtans, ac pellem leonis. maiore in gemma, cuius gemellae aliquae penes nos quoque priuatim extant. | Sardon. vel Onyx | | |
| 261 | Alius hydram claua conterens. | Carched. | | |
| 262 | Alius in genu dextrum, ſtatu quodam militari, innixus, et Stymphalidas ex aduerſo volantes ſagittis petens. | Carched. | | |
| 263 | Alius eiuſcemodi. | Iaſpis rubra | | |
| 264 | Alius taurum Cretenſem, *ſiue ille Achelous eſt,* domans. | Sarda | Com. Criſpi | Borioni Coll. t. 57. |
| 265 | Alius, quem Buphagum edunt, taurum portans. | | | |
| 266 | Alius eiusmodi; minore gemma. | | | |
| 267 | Item alius. *Anteroti* opus. | Beryllus | Sevini | Stoſch tab. 9. |
| 268 | Et alius, gemma maxima. | quae et Aqua marina | | |
| 269 | Alius Diomeden, *vt putant,* Thracem interimens. *opus doctum.* | Iaſpis rub. | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 77. |
| 270 | Alius, opere item probo, Cerberum ſtrangulando domans. | Iaſpis rub. | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 7. |
| 271 | Alius eiuſcemodi, maiore gemma. *a tergo Herculis* | Achat. var. | | Maffei Gem. T. 1, t. 20. |

*aconitum*

Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplins declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *aconitum e ſpuma Cerberi naſcitur.* | | | |
| 272 | Alius Cerberum iam e ſpecu Acherontis in ſuperum aera educens. *opus inprimis doctum.* | Iaſp. rub. | In Britannis vſquam | |
| 273 | Alius giganta anguipedem, et hunc ferme alatum quoque ventorum ritu, claua ſternere aggreſſus. *opus quodammodo dubium.* | Onyx | | |
| 274 | HERCVLES alius Antaeum ſuspenſum in crate pectoris ſui elidens. gemma maiore. *opus probum.* | Cryſtall. | Dux Strozi | Mariette T. 1, t. 77. |
| 275 | Alius, qui creditur quidem, decerptum Heſperidum e pomariis malum victor geſtare vnum. *At nos verbi cauſſa tria fingi antiquitus victoris Heſper. mala, Villatico prodere olim curauimus. Opus gemma minore, neque vetuſtatis certae, neque vllo probum pacto.* | Iaſp. rub. | Rex Gall. | |
| 276 | Alius pro Atlante caelum humeris impoſitum vehens. | | | |
| 277 | Alius columnas Gadibus ponens. | | | |
| 278 | Alius, qui Iunoni in cippo inſidenti vel reddere rationem omnium laborum ſatisfacturus videtur: vel nouum illius imperio certamen ſuſcipere feſſus. *Hercules quidem ſub arbore, cuius arboris in ramo pel-* | | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *lis leon. depoſita eſt, innixus, vt ſolet, clauae ſulſtitit. Iuno in ſtragulis pelliciis, quibus rupes quaedam integitur, ſedet. terga deae columna fulcit, cui columnae ſignum quoddam paruum Sphingis, vt item ſolet, impoſitum ſpectatur. Vnde viri docti in animum induxerunt putare, eſſe Herculem, qui Sphingis aenigma ſolueret arceſſitus. Certe gemmae opus doctiſſimum eſt et valde pulcrum.* | | | |
| 279 | Alius immani membrorum ſagina toroſus, ſiue praeſente *inflatum venas Iaccho* cum Virgilio dixeris. Dextra quidem trullam vel cymbium potaturus, ſiniſtra clauam nodoſam ſuſtinet. Bibacem *appellari Herculem hoc ſigno apud antiquarios homines inſueuit. Admonis* opus eſſe litterarum fide, paullo maiore illarum, quam oportebat, ſpecie creditur. | Sarda | Vitel. Veroſp. Romae | Stoſch tab. 1. |
| 280 | Alius, quem repugnantem, at ſuccumbentem tamen numini, Amor paruus, ceruicibus Herculis impoſitus vincit. | Iaſp. rub. | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 81. |
| 281 | Alius eodem argumento gemma paullo minore, ſed pulchro opere. | Sarda | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 38, 6. |

282 Alius,

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 282 | Alius, qui captiuus iam agitur ab Amore, manibus poſt tergum reuinctis. | Carched. | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 38, 6. |
| 283 | Alius, qui victor intellegitur, dextra enim palmam videtur geſtare, ſiniſtra clauam. *vetus eſſe ac doctum opus putamus.* | Sarda | C. Moszynski | - |
| 284 | Alius requieſcens a laboribus, arcu et ſagittis de arbore ſuſpenſis, claua inter pedes poſita nititur. | Onyx | Dux Odeſchalc | Muſ. T. 1, tab. 53. |
| 285 | Alius item requieſcens, aliter poſita, in thecam Spingis ſigno ornatam, claua. aliter, pelle leonis: in dextra gladius: ante pedes Victoris tria Heſperidum mala. gemma maiore. *pulcrum opus.* | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, tab. 84. |
| 286 | Alius eiuſcemodi gemma minore. | Sarda | | |
| 287 | Alius item opere non ita bono. Eſt litterata gemma, Hetruſce, vt edunt. | | | |
| 288 | CACVS de bubus Herculis vnam abreptam cauda trahens. Opus neque vetus videtur, nec probum. | | | |
| 289 | OMPHALE leonis exuuiis et claua exornata adſtat. | | | |
| 290 | Alia eiuſmodi progrediens, opus impenſe doctum pulchrumque. | Amethyſt. | | de Gravelle T. 1, t. 39. |
| 291 | Alia. gemma paullo minore. | | | |
| 292 | OMPHALES Imago, in gemma maiore litterata. | Ectyp. l. *Camée.* | Rex Sicil. | Suite de Sujets du C. de C. *ſupra n. 18.* |
| 293 | Alia eiuſdem Imago pulcra, vultu propemodum recto. | | | |

294 Alia,

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 294 | Alia, vultu obliquo, gemma paullo maiore. | Sarda | | |
| 295 | Alia clauam tenentis pellemque leonis tractantis, manibus exſertis, item pulcra. | Sarda | Milord Middlet. | |
| 296 | AVENTINI caput, nudum. | | | |
| 297 | Aliud eiuſdem. | | | |
| 298 | Aliud, *quod quidem editur. ſiue illa eſt Omphales potius Imago ſcitiſſima.* | | Com. a Wackerbart | |
| 299 | Aliud. | | | |
| 300 | Aliud. *Axeochi*, quod e literis quidem minutiſſimis colligitur, opus. | | | |
| 301 | Aliud. | | | |
| 302 | Item aliud. | Onyx | | |
| 303 | Et aliud. | Sarda | | |
| 304 | HERCVLES ſedens et OMPHALEN nudam ac pudore dubitantem complexus. *Teucri* opus egregium. | Amethyſtos | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 2. tab. 5. |
| 305 | Eiuſdem argumenti alia ſpecies, in gemma minore. | Carchedon. | Menina Iudaeus Portu Liburno | |
| 306 | HERCVLIS in claua nixi, tanquam feſſi a laboribus, conſentiens ſigno marmoreo Glyconis Farneſio ſtatus egregius. | Hyacinthos | | |
| 307 | Alia talis eius ſpecies, minore gemma. | Sarda | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 36, 5. |
| 308 | HEBE ſtans et praeguſtans in cymbio nectar. | Amethyſt. | | |
| 309 | Alia eiuſcemodi item chlamyde fere amicta, minore in gemma. | Iaſp. rub. | C. Moszynski | |
| 310 | Item alia, minore etiam, pulchella. | Onyx | | |
| 311 | Et alia. | Onyx | C. Moszynski | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 312 | AESCVLAPII Imago elegans. | Carched. | Rex Sicil. | |
| 313 | Alia eius minor item pulcra. *Adſilit verſus ora numinis ſerpens, Aeſculapii ſignum.* | Iaſp. rub. | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 15. |
| 314 | Alia eiuſcemodi. | | | |
| 315 | Et alia. *niſi illa potius Neptuni Imago eſt.* | | | |
| 316 | AESCVLAPII vultus, *ſingulari ac pulcherrima ſpecie.* fracta gemmae maiuſculae parte. *Auli* opus. | Sarda | Dux Strozi | Muſ. Flor. T. 2, tab. 7. |
| 317 | HYGEA vel Salus dea. *niſi ea potius Venus eſt Victrix. Pede ſiniſtro in aram impoſito, et Martis armis, caſſide, haſta, clypeo, fixis ſub arbore, Ambroſiam in trulla quadam apponere detur. Siue aliquid obſcurius et ſepultum vetuſtate ſigno eo editur. Nam nos iſta per coniecturam timidius.* | Iaſp. nig. *quam forte* Onychis genus *habeas* | | |
| 318 | SALVS alia ſtolam ferme induta ac pallam. | Sarda | Com. a Wackerbart Salmour | |
| 319 | Alia paene nuda, atque item ſingularis, *recreare ſerpentem fundendo e patera mero videtur. Pedem imponit orbi terr. zonis ſuis ſpectando.* infra ſerpens eſt. poſt tergum fax accenſa. ſupra volat papilio. | | | |
| 320 | SALVTIS Imago ſingularis velatae. dextra ſerpentem tenet magnum: ſiniſtra trullam. | | | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 321 | Alia, vt quidem videtur, in cane ſedens magno: *ſignum quidem ſcitiſſimum.* Serpentem illa fere dextra tractat. | Sarda | L. Baro a Stoſch | Maffei Gem. T. 2, t. 57. |
| 322 | Hermae PRIAPI ſpecies quaedam ſingularis, pallio exculta ac thyrſo impoſito. | Sarda alba | C. Moszynski | |
| 323 | PRIAPVS eiusmodi alius item ſingularis, infra vas pulcrum ſcyphi magni ſpecie appoſitum. | Sarda | C. Vicedom. ab Eckſt. | |
| 324 | Sacrificium PRIAPO. | Sàrda | | |
| 325 | Aliud eiuſmodi. | | | |
| 326 | Aliud ſingulare, maiore in gemma. *ſiue Venus eſt in ara ſedens prope aliam aram ſublimiorem, in qua ara ignis accenſus crinem, vt appellant in ſacris, explicat. adſtat Veneri Cupido alludens. poſt tergum Veneris palliatus ritu heroum Anchiſes, an Adonis, coronam e lauru imponit Hermaeo Priapi ſigno.* An aliquid aliud eſt eiuſmodi, quod quidem noſter putat, qui haec exempla gemmarum nobilium congeſſit, quale de Iulia Auguſti filia tradit Plinius Libro 21, c. 3. | | | |
| 327 | Aliud Veneris et Cupidinis PRIAPO SACRVM ſingulare. *Venus poma quaedam, hortorum videlicet honores, ſiue ea liba ſunt, et phalli a fictoribus cocti, offert in* | | | |

patera

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *patera maiore. Cupido in aram coronatam, praeſente herma Priapi, addere igni accenſo thura videtur. ex vtraque parte ſatyrus tibia accinit, Faunus fiſtula. Scitum eſt opus gemmae anularis.* | | | |
# VII. LVDI ALIIQVE RITVS FERME ROMANI.

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 469 | GLADIATORIS aduleſcentuli ferme nudi ſtatus: *ſiue ille mulieris iuuenculae eſt, quod e capite fortaſſe paruo, et e pectore, pedumque econformatione, iudicare mauelis: non rudem certe tenentis, ſed gladium in vagina cum loris ſuis. Quod autem ſemibarbaris litteris magnis ruſtice inſcriptum eſt,* CAEKAS, *non illud ad ſcalptoris artificis nomen ſignificandum vnquam traxeris.* | Vitr. Obſid. ant. | | L. B. a Stoſch, t. 21. |
| 470 | Rurſus MENELAVS Patroclum tollens, vt modo n. 465. | Carched. | | |
| 471 | AGITATOR nudus in quadrigis, *Auli* opus. | | | |
| 472 | CIRCENSES, bigis conſpiciendis tribus. | | | |
| 473 | Alii Circenſes in Circo maximo, quadrigis quatuor. in gemma anulari, ſignis hominum, equorum, donorum, amplius XXX. | Sarda | L. B. a Stoſch | Cauſei Gem. t. 130. |
| 474 | LVCTATORVM par magna vi contendens prope Hermae ſignum: inde adſtante Agonotheta. | Sarda | C. Moszynski | |
| 475 | ATELLANAE, *vt interpretantur,* quaedam ſcena. *argumentum ſingulare,* ſignis actorum ac ſpectato- | Sarda | | |

rum

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | rum numero fere XVI. in anulari gemma. | | | |
| 476 | PERSONATI, *quem* Pantomimum *eſſe aiunt*, ſpecies ac ſtatus ſingularis. | Sarda | | |
| 477 | SPHAERISTA, *vt editur*, in gemma minima. | Sardonyx | C. Moszynski | |
| 478 | NVDVS in genu ſiniſtrum inclinatus, et amphoram magnam tractans. | Sarda | | |
| 479 | Alius eiuſmodi faber ſedens, vas magnum pulcrum que, aſperum illud Sphingis ſigno, ſculpere videtur. *Acraganta, aut alium eius ordinis ac loci, interpreteris, licet.* | Sarda | Netſcher Romae | |
| 480 | Alius ſedens in codice, aliamque talem diotam magnam ornatiſſimam que, et hypampelo inumbratam, extundens, in gemma minore. *opus item pulcrum.* | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, t. 120. |
| 481 | MVLIER eleganter ſtolata, arundinem dextra, ſiniſtra fere laſerpitii ſurculum geſtat. | Sarda | | |
| 482 | BVBVLCVS licium et femoralia indutus, amictus rhenone, vel maſtrucam dixeris, vaccas agens. *opus bellum.* | Sarda | C. Moszynski | |
| 483 | CAPRARIVS eiusmodi, cum cane et capra arborem roſura. | Praſios | Idem | |
| 484 | Alius eiuſcemodi ſedens. | | | |
| 485 | HERCVLES adoleſcens, *ſiue Theſeus eſt*, cum claua, ſedens, vt labore fatigatus, | Amethyſtos | Imp. Ro. Aug. | Muſ. Flor. T. 1, t. 92, 8. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | aut futura cogitando ſecum voluens in arboris magnae trunco, a qua arbore fiſtula ſuſpenſa eſt: pedem dextrum imponit arae coronatae. Inter pedes capra paſcitur, *breuitate ſua, vt ara quoque talis, magnitudinem oſtenſura herois vel dei: nam poſſis item Apollinem, dum Admeto ſeruit, putare, vel Adonin, ſi mauelis. Eſt autem opus in gemma magna doctum, dignumque hac noſtra in rectius enarrando cura.* | | | |
| 486 | ANVLI SIGNVM cuiusdam *ſymbolis rerum pulcherrimis exornatum et circumdatum.* In medio orbe anuli capra, quantum cernere eſt, foeta apparet cubans: ſummo in anulo palam premens Victoria in bigis: in ima gemma faſcis virgarum ſine ſecuri: vtrumque anuli latus ſpicis tegitur: earum ſuper laeua papilio volat. Inter anulum et faſcem litterae M. VARR. gemmam, *opere docto, impenſe bellam, inſcripto Marci Varronis nomine,* nobiliſſimam reddunt. | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 487 | Aliud ANVLI ſignum eiuſmodi. In medio orbe | | | |

fere

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | fere cuniculus cubat: vtrinque ſpicae: in cornibus palae hinc et inde Harpyiae inſident. | | | |
| 488 | MVLIERIS peplum indutae ac diſcinctae, ſedentis illius in ara, tanquam lugentis, ſpecies ſingularis. Praeſicam edunt. ante eam columna poſita, in qua vrna, *praeſericuli ferme figura*, cernitur. *Noſtras inter anulares vna atque altera vetus et bona eandem ſpeciem mulieris praefert: unde eruere fortaſſis argumenti ſententiam conferendo, ſi tanti eſt, poſſis.* | | | |

## VIII. ANIMANTIVM BRVTORVM DIVERSAE SPECIES ET MONSTRA ET GRYLLI ET ABRAXAE.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 489 | LEONIS ſignum gradientis, in gemma, maiuſculum. | Sardonyx | | |
| 490 | Alius LEONIS aduerſi intuentibus, et quaſi iram colligentis, *aliquanto pulcrius: opere docto.* | Sarda | | |
| 491 | Alius LEO praedam veſtigans. | Sarda | C. Vicedom. ab Eckſt. | |
| 492 | Alius equum, in quem ſaltu ſuperuenit, rumpens. in gemma maiore. *opus doctum.* | Sarda | | |
| 493 | Alius ceruum rumpens, in gemma minore, conuexa. | Sarda | L. B. a Stoſch | |



Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 494 | LEONVM et VRSI vaccam ſternentis, interemto cane cuſtode, venatio, quatuor equitum cum venabulis ſtudio. Supra Iupiter oculis rem aequis adſpicit. *Opus pulcrum in gemma maxima.* | Sarda | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 123. |
| 495 | LVPVS ouem, capra fugiente, vorans. *in gemma parua.* | Sarda | | |
| 496 | LVPVS caprae tenens vnguibus protomen. *opus ignobile.* | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 497 | BOS cornupeta. *opus pulcrum, in gemma parua.* | Sarda | Idem | |
| 498 | EQVVS paſcens. | Sardonyx | C. Moszynski | |
| 499 | GRYPHVS ceruum euerſum, *ſeu Strepſicerota dicas,* lacerans. | Sarda | Dux Strozi | |
| 500 | CVNICVLVS in gemma minima. | Sarda alba | Dn. Iuſt. Conſ. | |
| 501 | LEAENA praedam paruam, *ſeu lepus eſt, ſiue aliud quid eiusmodi,* lambendo rumpens. *Felem ediderant.* | Sarda | Dux Strozi | Muſ. Flor. T. 2, t. 95, 9. |
| 502 | MVS *Apollinis Sminthei, in orbem panis maiuſculi inſidens. Quem panem cultri quaedam ſpecies obſcurior tranſit, ſiue ea claua eſt, cum clypeo.* | Sarda | C. Moszynski | |
| 503 | AQVILA in ara inſidens. | Sarda | Idem | |
| 504 | Alia eiuſcemodi in gemma valde conuexa. | Carched. | a Rachel | |
| 505 | AQVILAE CAPVT lauream tenentis. *In noſtris quidem aquilarum proto-* | Sarda alba | Dn. Iuſt. Conſ. | |

*mae*

Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| | *mae priſci operis pluſculae.* | | | |
| 506 | AQVILA alis expanſis fulmen tenens. infra claua eſt, et circum diuerſae animantium ſpecies, et ſpicae, et ſupra ſceptrum Iouis eſt, *in gemma parua. Columbam eſſe putabant, quoniam opere non optimo obſcurius argumentum.* | | | |
| 507 | FORMICA. | Sarda | C. Moszynski | |
| 508 | Et alia eiuſmodi. | Sarda | Idem | |
| 509 | SCORPIVS *in gemma conuexa diligenter inſcalptus.* | Achat. var. | PR. REG.. EL. SAXON. | |
| 510 | SERPENS radiato leonis capite, *Coptorum more.* | Praſios | C. Moszynski | |
| 511 | CVLICIS quaedam ſpecies vitis folio inſidens. *opus ſingulare.* | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 512 | PERSONA ſeruuli comica. | | | |
| 513 | Alia fere mulieris grandioris, *vtraque rectis vultibus.* | | | |
| 514 | Alia viri iuuenilior, *obliquo vultu.* | | | |
| 515 | Alia externae nationis hominum ſingularis. | Achaton. | Dn. Iuſt. Conſ. | |
| 516 | Eiusdem hominis cultu ſingulari iam caput, nec perſona. *In noſtris quoque anularibus bis terue ille idem cultus conſpiciendus eſt.* | Onyx | C. Moszynski | |
| 517 | SYMPLEGMA PERSONARVM trium. *qua videlicet apri proboſcis ac protome pro perſona numeratur.* Meleagri *edebant.* | Sarda | Idem | |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 518 | MVLIERIS BACCHANTIS Imago. *perſona Sileni ac Panis duplici comta.* | Sarda | | |
| 519 | Alia PERSONA duplex Bacchi ac Sileni. *omnes eiuſmodi pro Socratis vultu Chifletius errore cuiusdam ſimilitudinis ediderat.* | Sarda | | |
| 520 | Alia eiuſmodi duplex. | Sarda | | |
| 521 | SYMPLEGMA PERSONARVM, ſenis et adoleſcentis, cum protome Elephanti. | Sarda | | |
| 522 | Aliud PERSONARVM SYMPLEGMA, artifici opere factum, cum protome leonis, a ſiniſtris caduceus: ſupra, pedum; infra, claua ſpectatur: quod *oſtendit quidem ac declarat, Panis, Mercurii et Herculis, eas accipi perſonas poſſe.* | Praſios | Rex Gall. | Mariette T. 1, n. 72. |
| 523 | Aliud SYMPLEGMA PERSONARVM *fere tragicarum,* ſingulari cultu, cum cornibus Iouis Hammonis, trium. | Sarda | | |
| 524 | Aliud eiuſmodi perſonarum trium cum elephanti protome, qui facem proboſcide geſtans regit. | Sarda | | |
| 525 | CASSIS caelata et ornatiſſima ſignis caniculae in ſummo, quod verticem tegat, cubantis, et ante ora apri rictu: ad ceruicem arietis capite. | Sarda | | |



Digitized by Google

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 526 | Chimaerae *opere docto et probo* ſpecies. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. | | | |
| 527 | GRYLLVS *ſcienter eleganterque compoſitus* e gallo gallinaceo, perſona Graecanica, capite anſerino, et arietis capite. | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 528 | VAS magnum ac pulcrum docteque caelatum foliaturae, vt vocant, antiquariae ſignis. | Sarda | Dux Deuonius | |
| 529 | Aliud eiuſmodi caelatum Faunorum ac Satyrorum ſignis. | Sarda | | |
| 530 | Aliud perſonarum ſingulari ſpecie caelatum: quarum in medio mulier nuda habitior, *Venerem nos πάνδημον putamus*, ſacra facit Priapo. *Opus ſingulare ac probum.* | Onyx | Com. a Brühl | |
| 531 | Aliud caelatum item tali mulieris pinguioris ſacro. | Sarda | L. B. a Stoſch | |
| 532 | Aliud Victoriae quadrigis: infra in ventre amphorae Sphinges duae ſeſe contuentur. | Sarda | Idem | |
| 533 | Aliud, perſonis ac Sphinge caelatum. | | | |
| 534 | Aliud ſignis aſperum: | Sarda | | |
| 535 | Et aliud, *in gemmis paruis.* | Sarda | | |

## IX. IMAGINES ILLVSTRIVM SAECVLI FERE PRAESENTIS.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 536 | FRANCISCI PRIMI Galliarum Regis Imago loricata. *Matthaei Naſſarii* opus. | | Rex Gall. | Mariette T. 2, n. 119. |

| Numerorum ratio. | Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita. | Lapillorum naturae ac vocabula. | Poſſeſſores hoc tempore gemmarum. | Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur. |
|---|---|---|---|---|
| 537 | HENRICI QVARTI Gall. Regis item elegans Imago, in gemma parua. | | | |
| 538 | LVDOVICI XIII. Gall. R. Imago. | Iaſp. vir. | Rex Gall. | |
| 539 | LVDOVICI XIIII. Gall. R. caput. | Sarda | | |
| 540 | Aliud illius aetate prouecta caput. | Sarda | | |
| 541 | AVGVSTI II. Polon. Regis Imago: *Hubneri* opus. | | | |
| 542 | AVGVSTI III. Poloniarum Regis Optimi indulgentiſſimi que Imago, opere probo expreſſa. | Sarda | | |
| 543 | ALEXANDRI ALBANI Imago. *Natteri* opus. | Sarda | | |
| 544 | PETRARCHAE ac DANTIS ALIGHERII Capita inter ſe aduerſa. | Carched. | | |
| 545 | IACOBI, qui vulgo Britann. Imperii Petitor audit. *Flauii* opus. | | | |



Explica-

# Explication ſuccincte

## des Sujets de ces pierres gravées antiques, ſelon les nombres indiqués ci-deſſus, pour la commodité de ceux, qui aiment cette belle étude, ſans être aſſez avant dans la connoiſſance du Grec & du Latin, pour ſçavoir s'aider du Catalogue.

## *PREMIERE PARTIE*

*qui contient les ſujets de la Fable & des Divinités payennes.*

N. 1 & 5. Aſſemblée de Jupiter & de quelques-uns de ſon Conſeil particulier, comme Pallas, Junon, Bacchus, Apollon: Mercure, Mars, Neptune.

2, 3, 4, 6, 9. La tête & quelques buſtes de Jupiter.

7, 10. Statuës de Jupiter.

8. Tête de Jupiter Ammon.

11 - 20. Differens faits de Jupiter, comme ſes amours envers Antiope, Europe, Leda, et ſon combat avec les Géans &c.

21 - 24. Ganymedes.

25 & 26. Junon ſur ſon throne, & la tête de Junon.

29 - 40. Differentes têtes & buſtes de Pallas.

41 & 42. Statuës de Pallas.

43 - 53. Buſtes d'Apollon.

54 - 61. Statuës d'Apollon en differentes attitudes.

62 - 66. Differens faits d' Apollon, comme Marſyas vaincu &c.

67. Pegaſus.

68 - 72. Statuës & Buſtes de Diane.

N. 73 - 76. Vulcain en compagnie de Venus &c.

77 - 102. Statuës de Venus en differentes attitudes.

103 - 106. Hermaphroditus fils de Venus & de Mercure.

107. Adonis.

108 - 113. Buſtes, Statuës & differens faits de Ceres.

114 & 115. Triptolemus avec les ſymboles de Ceres.

116 & 117. Statuës de Mars.

118 - 125. Statuës de Neptune en differentes attitudes.

126. Image de Tethys ſur des chevaux marins.

127 & 128. Images de Scylla.

129 - 146. Buſtes & Statuës de Mercure en differentes attitudes.

147. Symboles de Mercure.

148 - 154. Education & culte de Bacchus enfant.

155 - 164. Statuës de Bacchus en differentes attitudes.

N. 165 - 175. Diverſes Bacchanales de Bacchus & de Silenus.

176 - 202. Diverſes attitudes de femmes Bacchantes & de Faunes.

203 - 210. Têtes de Bacchus & des Faunes.

211 - 224. Differentes attitudes de Faunes.

225, 226 - 229. Têtes de Marſyas & de Silenus.

230. Symboles de Bacchus.

231. Un taureau orné pour le ſacrifice.

232 - 236. Le Soleil, la Lune, Phaëton, chacun ſur ſon char.

237. Buſte de Lunus.

238 - 254. Têtes d'Hercules.

255, 256. Têtes d'Hercules & Omphale.

257 - 287. Statuës & faits d'Hercules.

288. Le vol de Cacus.

289 - 291. Statuës d'Omphale.

292 - 295. Buſtes d'Omphale.

296 - 303. Têtes d'Aventinus fils d'Hercules.

304 - 307. Autres Statuës d'Hercules.

308 - 311. Statuës d'Hebe femme d'Hercules deifié.

312 - 316. Buſtes d'Eſculape.

317 - 321. Buſtes & Statuës de Hygea deeſſe de la Santé.

322 - 329. Termes de Priape & ſacrifices qu'on lui fait.

330 - 342. Statuës & Buſtes des Muſes.

343 et 344. Repreſentation d'Orpheus.

N. 345 - 349. Statuës des trois Graces.

350. La Pieté.

351. La Paix.

352 - 372. Statuës & Buſtes de Cupidon en differentes attitudes.

373. Nôces de Cupidon & de Pſyché.

374. La Divinité du bon ſuccés (*Bonus Euentus.*)

375 - 384. Statuës de Victoires en differentes attitudes.

385. Caſtor, frere de Pollux, fils de Jupiter & de Leda.

386 - 389. Statuës de la deeſſe Roma.

390 - 402. Iſis, Serapis, Harpocrates & autres Divinités des Egyptiens.

403 - 421. Abraxas des Coptes, peuple de l'ancienne Egypte, & de Baſilides, faiſant un mélange affreux des Superſtitions de ce peuple avec les Symboles de la Religion Chrétienne.

## S'enſuit la repreſentation de quelques ſacrifices pour differentes Divinités.

422 - 425. Sacrif. au dieu Pan, à Flora, à Pallas.

426 - 432. Sacrifices à la Santé.

433 - 436. Sacrif. à Jupiter.

437 - 455. Sacrif. & autres ceremonies Payennes pour Apollon, pour Bacchus, Mars, & autres Divinités.

SECON-

Digitized by Google

# SECONDE PARTIE

## qui regarde pour la plus part des Sujets de fait tirés des Hiſtoires.

### I. Sujets qui peuvent ſervir comme d'explication à l'Iliade & à l'Odyſſée d'Homere.

N. 1-3. Tête de Priamus coeffé à la maniere des Troiens.
4, 5. Tête de Paris.
6. Jugement de Paris.
7, 8. Achilles aprenant de Chiron à jouër de la Lyre.
9-14. Statuës d'Achilles le jouëur du Lut.
15, 16. Pyrrhus fils d'Achilles immolant Polyxene.
17-20. Differens faits d'Ulyſſes.
21. Æneas qui porte ſon pere.
22. Aiax Oileus qui enleve Caſſandre.
23. Aiax fils de Telamon, qui ſe tuë par depit.
24-30. Statuës de Diomedes.
31. Diomedes de Thrace.
32. Buſte de Theſée.
33-36. Differens faits de Theſée.
37. Minotaurus dans le Labyrinthe.
38. Têtes d'Hector & d'Andromaque.
39. Philoctetes, que les Grecs tâchent de ramener.
40-42. Buſte & Statuës de Laocoon.
43, 44. Buſte de Pentheſilea Reine des Amazones.
45-47. Quelques heros Grecs inconnus.
48, 49. Faits de Bellerophon.
50. Statuë de Promethée.
51-54. Faits de Perſeus.
55. Statuë d'Endymion.
56-59. Statuës de Meleagre.
N. 60-62. Buſtes & fait de Leandre.
63-65. Folie de Narciſſus.
66-69. Fait glorieux d'Othryades.
70-77. Têtes de Meduſe.
78, 79. Statuës d'Oedipus.

### II. Images des Heros & de quelques Rois & Reines la plus part des peuples Grecs.

80-82. Buſtes & fait de Semiramis.
83. Olympias, mere d'Alexandre le Grand.
84-87. Têtes d'Alexandre le Grand & ſon fait pretendu en domptant Bucephale.
88. Caſſandre Roi de Macedoine.
89-96. Têtes & Buſtes de Pyrrhus Roi d'Epirus.
97, 98. Têtes de Lyſimachus.
99-102. Têtes pretenduës de Perſes & de Demetrius Rois de Macedoine.
103-111. Têtes de differens Ptolemées Rois d'Egypte.
112. Buſte de Berenice fille de Ptolem. Lagi.
113. Tête de Byzas.
114. Tête de Gelon Roi de Syracuſe.
115. —— de Philiſtis.

N. 116. Tête d'Arſinoë, fille de Ptolem. Lagi.
117-120. Buſtes de Juba Roi de Numides.
121-123. —— de Hannibal.
124, 125. —— de l'Afrique,
126-129. —— du Roi Maſaniſſa.
130-133. Têtes inconnuës.
134-136. —— de Zenobia de Palmyre, d'Odenatus & de Vabalatus.
137. —— d'Aſandre.
138. —— de Philaeterus.
139-143. Buſtes & Statuës de Cleopatra derniere Reine d'Egypte.
144-148. Têtes inconnuës dans lesquelles on croit reconnoitre Palamedes & Amilcar.

## III. Images des Grecs illuſtres par leur ſçavoir.

149-151. Têtes d'Homere.
152. —— de Thales.
153. —— de Socrate & de Platon, qui ſe regardent.
154. —— de Socrate & d'Ariſtote.
155-158. de Socrate.
159-165. —— de Platon.
166. —— d'Ariſtophanes.
167. —— d'Ariſtote.
168-170. —— de Demoſthene.
171, 172. —— de Diogene le Cynique.
173. —— de Xenocrates.
174. —— d'Epicure.
175. —— de Democrite.
176. —— de Lyſias.
177, 178. —— d'Antiſthenes.
179. —— de Carneades.
180. Têtes de Zenon.
181. —— de Lycurgue.
182. —— de Philemon.
183. —— de Teuthrantes.
184. —— de Chilon.
N. 185. Tête d'Archimedes.
186. —— de Phocion.
187, 188. —— d'Apollonius Thyan.
189, 190. —— d'Ariſtomachus.
191. —— de Pythagoras.
192. —— d'Alcæus.
193-201. Têtes inconnuës, excepté le dernier nombre, où l'on pretend reconnoitre les Images de Mago & de Dionyſius.

## IV. Sujets qui concernent les Antiquités de la Ville de Rome, & quelques Images des hommes illuſtres Romains.

202-205. Romulus & Remus enfans allaités de la Louve.
206, 207. Statuë de Mucius Scævola.
208-212. Têtes de Lucius Brutus.
213. Tête de Titus Flamininus.
214. —— de Poſtumius Albinus.
215. —— pretenduë de Caton l'ancien.
216-218. —— de Sylla.
219, 220. Captivité de Jugurtha.
221-226. Têtes de Caton d'Utique.
227, 228. Tête de Scipion l'Africain.
229. —— de Scipion Naſica.
230. —— de Domitius Ahenobarbus.
231. Fait de Sergius Silus.
232. Tête de Caelius Caldus.
233. Tête de Decimus Brutus.
234. —— de Virgile.
235. —— d'Horace.
236. —— de Tite Live.
237-243. Têtes de Ciceron.
244. Tête de Felix Prefect en Judée.
245-253. Têtes de Romains inconnus.
254. Statuë de quelque Philoſophe.
255. Image du dieu Genius du Senat Romain.
256-262. Têtes de Romains inconnus.



Digitized by Google

## V. Images des Rois Romains & des Empereurs, avec tout ce qui concerne leur état militaire.

N. 263, 264. Têtes du Roi Numa.
265, 266. —— de Pompée.
267. —— des premiers Triumvirs.
268. Pretenduë audience, accordée de Jules Céſar à Ptolemée d'Egypte & à Pothinus.
269, 270. Têtes de Sextus Pompejus.
271-277. —— de Jules Céſar.
278, 279. La mort de Ceſar.
280. Statuë de Calpurnia femme de Céſar.
281-290. Têtes d'Auguſte.
291. —— des derniers Triumvirs.
292, 295. —— d'Auguſte & de Livie.
296-299. —— de Livie.
300, 301. —— d'Agrippa.
302, 303. —— de Julie, fille d'Auguſte.
304, 305. Têtes de Lucius & de Cajus, petits fils d'Auguſte.
306, 307. —— de Mecenas.
308, 309. —— de Tibere.
310-314. —— de Germanicus & d'Agrippine la mere.
315-319. —— de Caligula.
320-323. —— de Claude & de Meſſalina.
324-326. —— de Britannicus & Octavia peutétre.
327-331. —— de Neron.
332, 333. Têtes de Poppea.
334-338. —— de Galba.
339, 340. —— d'Othon.
341, 342. —— de Vitellius.
343-346. —— de Veſpaſien & de Domitilla.
347, 348. —— de Titus.
N. 349-357. —— de Julie fille de Titus.
358-361. —— de Domitien & de Longina.
362, 363. —— de Nerva.
364-374. —— de Trajan, & de Plotina, de Marciana, & de Matidia.
375-379. —— de Hadrian, de Sabina, d'Antinous.
380-386. —— d'Antinous.
387-393. —— d'Aelius, d'Antoninus Pius & de Fauſtine.
394-399. —— de Fauſtine ſeule.
400, 401. —— de Marc-Aurele.
402, 403. —— de Fauſtine la ſeconde.
404, 405. Têtes d'Annius Verus, & de Dom. Lucilla.
406, 407. —— de Lucius Verus.
408, 409. —— de Lucilla, feme de Verus.
410-412. —— de Commodus & de Criſpina.
413-416. —— de Pertinax & de Titiana.
417, 418. —— de Didius Julianus & de Didia Clara.
419-422. —— de Peſcennius.
423-425. —— de Septimius Sev. avec Julie, Caracalla & Geta.
426, 427. —— de Julia Pia, & de Jul. Domna.
428-431. —— de Caracalla & de Geta, &c.
432-434. —— de Macrinus & de Diadumenianus.
435. Tête de Caracalla.
436. Apotheoſe d'Annia Fauſtina.
437. Tête de Mammaea.
438, 439. —— de Paulina.
440. Tête de Pupienus.
441. —— de Claudius Gotthicus.
442. —— de Probus, & de Julia Procla.
443. —— de Max. Armentarius.
444. —— de Conſtantin le Grand.
445. Fait de Conſtantin.

N. 446.

Digitized by Google

N. 446. Têtes de Magnentius, de Decentius & de Deſiderius.
447-449. —— de Julien l'Apoſt. & d' Helena &c.

## L'état militaire des Romains.

450. Une triremis.
451. Symbole de quelques Legions & Colonies.
452. Combat entre un Soldat à cheval & un autre à pied.
453-455. Statuës de Soldats Romains, ou plutôt de Mars.
456-468. Divers faits de Soldats Romains, c'eſt à dire des ſacrifices, Ovations, Exercices, Sepultures.

## VI. Differens jeux des Romains & autres particularités.

469-474. Statuës de Gladiateurs, des Circenſes, & exercice de la lutte.
475-477. Scenes de la Comedie, & jeu du ballon.
478-480. Artiſtes Sculpteurs, avec des Vaſes.
481-485. Attitudes de Paſteurs & autres.
486, 487. Repreſentation artiſte de Cachets en anneaux.
488. Une Præfica pretenduë.

## VII. Differens animaux.

489-494. Lions devorans leur proie, & chaſſe de Lion.
N. 495, 496. Un loup avec ſa proie.
497-501. Un taureau, un cheval, un lievre &c.
502. Une ſouri, ſymbole d'Apollon Smintheus.
503-505. Des aigles.
506. Un pigeon, ſymbole de Venus & de la Paix.
507-511. Des fourmis & autres inſectes.
512-521. Differens maſques artiſtement faits pour le theatre.
522-528. Divers Grilli, c'eſt à dire des compoſitions de monſtres artiſtement faites.
529-535. Figures de Vaſes très artiſtement compoſés.

## VIII. Images de quelques Rois & hommes illuſtres modernes.

536-540. Portraits de Rois de France, François premier, Henri quatre, Louis XIII, & Louis XIV.
541. —— d'Auguſte ſecond Roi de Pologne Pere de nôtre Roi.
542. —— de S. M. Auguſte III. Roi de Pologne.
543. —— du Cardinal Alex. Albani.
544. —— de Dantes & de Petrarque.
545. —— de Jacobus Pretendant à la Couronne de la G. B.

# INDEX

## QVI VVLGO RERVM AC VERBORVM ENVMERATIO NIMIRVM ELEMENTARIA ARGVMENTORVM REI GEMMARIAE IN LITTERAS DIGESTA

*Numerus maior partem Dactylioth ecae vel mythicam ſignat, vel hiſtoricam ſecundam: alter numerus minor gemmas ordine ſingulas.*

A.


Abraxae diuerſi, I, 403 ad 409, 415, 416, 417
Achelous cum Hercule, I, 264
Achilles, II, 7 ad 14
Achilles citharoedus I, 59. II, 461
Adonis, I, 107
Aelius Caeſar, II, 387
Aeneas, II, 21
Aeſculapius, I, 312 ad 316, 426
Africa, II, 124, 125
Agitator Circenſis, I, 364
Agrippa Vipſan. II, 300
Agrippina maior, II, 314
Agrippina minor, II, 326
Ahenobarbus, II, 230
Aiax Oileus, II, 22
Aiax Telamonius, II, 23
Alcaeus, II, 192
Alceſtis, I, 146
Alexander Magnus, II, 84 ad 87
Amilcar, II, 147
Amor cum Apolline, I, 61, 63
Amor cum Venere, I, 73 ad 79, 90 ad 95, 98, 99
Amphitrite, I, 123
Amphorae ornatiores, I, 115. II, 478 ad 480
Andromache cum Hectore, II, 38
Animantia diuerſa II, 498, 500, 507 ad 511
Annia Fauſtina, II, 436
Annibal, II, 121 ad 123
Annius Verus, II, 404
Antaeus ab Hercule victus, I, 274
Antinous, II, 368 ad 386
Antiopa cum Ioue, I, 97
Antiſthenes, II, 177, 178
M. Antonius, II, 400, 401
M. Antonius et Lepidus, II, 291
Antoninus Pius, II, 388 ad 393
Anuli ornatiores, II, 486, 487
Apis Aegypt. numen, I, 419, 420, 441
Apollo, I, 1, 43 ad 66, 343, 344 II, 483
Apollonius Tyanaeus, II, 187, 188
Aquilae, II, 503 ad 506
Archimedes, II, 185
Aries Mercurii I, 14
Ariſtoteles, II, 154, 157
Ariſtophanes, II, 166
Arma diuerſa, II, 525
Arſinoë Ptolem. F. II, 116
Aſander Boſpor. R. II, 137
Auentinus Herculis filius, I, 296 ad 303
Auguſtus, II, 255, 281 ad 295

B.

Bacchae, I, 176 ad 184, 190 ad 202. II, 107, 125
Bacchus, I, 148 ad 164, 168, 170 ad 173, 230
Bacchus cum Ariadne, I, 455
Bacchus cum Cerere, I, 157
Bellerophon, II, 48, 49
Bellona, I, 37
Berenice, II, 112
Bonus Euentus, I, 375
Bos Nilotica, I, 420
Britannicus, II, 262, 324, 325
D. Brutus, II, 233
L. Brutus, II, 208 ad 212
Byzas, II, 113

C.

*Cachet de Michel Ange*, I, 149
Cacus, I, 288
Caduceus Mercurii, I, 129 ad 146
Caldus Caelius, II, 232
Caligula, II, 315 ad 319
Calpurnia Caeſaris vxor, II, 280
Caracalla, II, 428 ad 431
Carneades, II, 179
Caſſander Maced. R. II, 88
Caſtor, I, 385
Caſtor, Pollux, Mercurius, cum Venere et Vulcano, I, 75
Cato maior, II, 215
Cato Vticenſis, II, 221 ad 226
Cerberus tractus ab Hercule, I, 270, 271
Ceres, I, 108 ad 113
M. Cicero, II, 237 ad 243
Charites, I, 345 ad 349
Chilon, II, 184
Chimaera, II, 526
Chlamys, I, 134
Circenſes, II, 471 ad 473
Claudius, II, 320 ad 322
Claudius Gotthicus, II, 441
Cleopatra, II, 139 ad 143
Commodus, II, 410, 411
Commodus Verus, II, 405
Conſtantinus Magnus, II, 444, 445
Craſſus III vir, II, 267
Criſpina, II, 412
Crumena Mercurii, I, 129 ad 146 propemodum.
Cupidinis ac Pſyches nuptiae, I, 373
Cupidines, I, 352 ad 373
Cupido cum Apolline I, 61
Cupido cum Venere, I, 73 ad 79, 90 ad 95, 98, 99

D.

Decentius, II, 446
Demetrii Maced. RR. II, 100 ad 102
Democritus, II, 175
Demoſthenes, II, 168, 170
Deſiderius, II, 446
Diadumenianus, II, 433, 434
Diana, I, 68 ad 72
Didia Clara, II, 418
Didius Iulianus, II, 417
Diogenes Sinop. II, 171, 172
Diomedes, II, 24 ad 30
Diomedes Thrax, I, 269
Domitia Longina, II, 361
Domitianus, II, 358 ad 360

E

Elagabalus, II, 435
Endymion, II, 55
Epicurus, II, 174
Europa cum Ioue, I, 14, 15

F

Fauni, I, 185 ad 189, 204 ad 228 ferme
Fauſtina maior, II, 388, 392 ad 399
Fauſtina minor, II, 402, 403
Felix Iudaeae Praef. II, 244
Quinctius Flamininus, II, 213
Flauia Domitilla, II, 346
Flauia Helena, II, 448
Floralia, I, 423

G.

Galatea, I, 124
Galba, II, 334 ad 338
Ganymedes, I, 21 ad 24
Gelon Syracuſ. R, II, 114
Germanicus II, 310 ad 313
Geta, II, 431
Graeci incogniti, II, 45, ad 47, 131, 132, 133, 144 ad 148, 193 ad 200

Gratiae

Gratiae I, 345 ad 349
Gryllus, II, 527
Gryphi pugna, II, 499

H.

Hadrianus, II, 375 ad 377, 379
Hannibal, II, 121 ad 123
Harpocrates, I, 397, 400 ad 402
Hebe, I, 190
Hebe vxor inter ſup. Herculis, I, 308 ad 311
Hector & Andromache, II, 38
Heliogabalus, II, 435
Hercules, I, 238 ad 287, 453. II, 485
Hermaphroditus, I, 103 ad 106. II, 63
Hippolytus, I, 236
Homerus, II, 149 ad 151
Horatius Flaccus, II, 235
Hygea, I, 317 ad 321, 426, 427
Hylas, I, 256
Hypampelos, quae eſt vinea fere pampinis inumbrans Bacchas, Faunos, paſtores, I, 216 ac saepius.

I.

Ibis Aegypti ales, I, 421
Incunabula Bacchi, I, 149 ad 154
Iocus deus, I, 355
Iſis, I, 390, 391, 392
Iuba maior et minor Mauret. Reges, II, 117 ad 120
Iudicium Paridis, II, 6
Iugurtha, II, 219, 220
Iuno, I, 1, 25, 26
Iulia Auguſti F. II, 302, 303
Iulianus Apoſtata, II, 447, 448
Iulia Pia, II, 426, 427
Iulia Procla, II, 442
Iulia Titi, II, 349 ad 357
Iulius Caeſar, II, 267, 268, 271 ad 279
Iuno cum Pallade ac Venere, I, 346
Iupiter, I, 1, 2, 3, 4, 5. vſque ad 20
Iupiter Caſius, I, 7
Iupiter Hammon, I, 8, 10

L.

Laocoon, II, 40 ad 42
Leander, II, 60 ad 62
Leda cum Ioue, I, 16, 17 ad 20
Leones, II, 489 ad 494, 501
Lepidus III vir, II, 291
Liuia Auguſti, II, 292, 293, 296 ad 299
T. Liuius, II, 236
Lucilla, II, 405, 408, 409
Lucius et Caius Caeſares, II, 304, 305
Ludi diuerſi, II, 474 ad 477
Luna in bigis, I, 233
Lupercalia, I, 422
Lupi, II, 495, 496
Lycurgus, II, 181
Lyſeros, Cupidinum tertius, I, 356
Lyſias, II, 176
Lyſimachus Thraciae R. II, 97, 98

M.

Maecenas, II, 306
Maenades, I, 176 ad 184. II, 449
Magnentius, II, 446
Mago ac Dionyſius, II, 201
Mamaea, II, 437
Marciana, II, 364, 365, 369
Mars, I, 5, 116, 117, 386, 389
Marſyas, I, 225
Marſyas cum Apolline, I, 66
Maſaniſſa R. II, 126 ad 129
Matidia, II, 365, 370 ad 374
Maximianus Armentarius, II, 443
Meduſa. II, 70 ad 77
Meleager, II, 56 ad 59
Mercurius, I, 5, 129 ad 146
Meſſalina, II, 323
Michaelis Ang. Bonar. anulus, I, 149
Militaris deductio, II, 458, 467, 468
Milites, II, 452 ad 456, 459, 460, 462 ad 468, 469
Minerua, I, 27 ad 42
Minotaurus, II, 37
Mithras, I, 382, 383
Muſa cum Apolline, I, 62
Muſae, I, 191, 192, 200 ad 202, 330 ad 342, II, 107, 481, 488
Mus Apollinis Sminthei, II, 502
Mutius Scaeuola, II, 206, 207

N.

Narciſſus, II, 63 ad 65
Naues, II, 450
Nebris Bacchantium quaedam interula, I, 220 ac saepius

Neptunus, I, 5, 118 ad 122, 124, 315
Nero, II, 327 ad 331
Nereus, I, 123
Nerua, II, 362, 363
Numa Pompilius, II, 263, 264

O.

Oceanus, I, 125
Odenatus et Zenobia II, 134, 136
Oedipus, II, 78, 79
Olympias, II, 83
Olympus, I, 5, 225
Omphale, I, 289 ad 295
Opelius Macrinus, II, 432, 433
Orpheus opinabilis, I, 343, 344
Otho, II, 339, 340
Othryades, II, 60 ad 69

P.

Palamedes, II, 145
Pallas, I, 1, 27 ad 42
Pan, I, 221
Paris, II, 4 ad 6
Paſtores, I, 230. II, 482 ad 284
Patroclus, II, 465, 470
Paulina, II, 438, 439
Pax dea, I, 351
Pegaſus, I, 67
Pentheſilea Amazon, I, 50. II, 43, 44
Penula peregrinantium fere, I, 137
Perſeus, II, 51 ad 54
Perſonae diuerſae, II, 512 ad 525
Pertinax, II, 413 ad 415
Peſcennius Niger, II, 419 ad 422
Phaëton, I, 236
Philaeterus Pergam. II, 138
Philemon, II, 182
Philiſtis Regina, II, 115
Philoctetes, II, 39
Phocion, II, 186
Phoebus, I, 1, 43 ad 66
Pietas, I, 350
Pirithous, I, 425
Plato, II, 153, 159, 161 ad 165
Plautilla, II, 427
Plotina, II, 364, 365, 368
Pompeius, II, 265 ad 267
Sex. Pompeius, II, 269, 270
Poppaea, II, 332, 333
Poſtumius Albinus, II, 214
Priamus, II, 1 ad 3
Priapus, I, 322 ad 329
Probus, II, 442
Prometheus, II, 50
Pſyche, I, 373, 374, 377
Ptolemaei Aegypti Reges, II, 103 ad 111
Pupienus, II, 440
Pyrrhus Achillis F. II, 15, 16
Pyrrhus Epiri R. II, 89 ad 96
Pythagoras, II, 191

R.

Reges vel viri illuſtres ſaeculorum recentium, II, 536 ad 545
Rhenones, quae ſunt paſtorum fere penulae, I, 206, 207, 216. II, 482 ad 284
Roma dea, I, 38, 386 ad 389
Romani incogniti, II, 245 ad 254, 256 ad 262, 301
Romulus ac Remus cum lupa, II, 202 ad 205

S.

Sabina, II, 378
Sacra Priapo, I, 323, ad 329
Sacrificia diuerſa, I, 323 ad 329, 422 ad 444, et paſſim
Sacrum Apollini, I, 437
Sacrum Baccho I, 438 ad 440
Sacrum Hygeae, I, 450
Sacrum Ioui, I, 435 ad 436, 448
Salii cum ancilibus, II, 457
Salus dea, I, 317, ad 321, 426, 427, 432
Sappho, I, 339 ad 342
Satyri, I, 223
Scipio Africanus, II, 227, 228
Scipio Naſica, II, 229
Scylla, I, 127, 128
Semiramis, II, 80 ad 82
Septimius Seuerus, II, 423, 424, 425
Serapis, I, 393 ad 399
Signa militaria, II, 451
Silenus, I, 165 ad 169, 174, 175, 183, 226
Silus Sergius, II, 231
Siſtrum, I, 418
Socrates, II, 153 ad 158
Sol oriens, I, 232 ad 235
Sphinges, I, 72, 410 ad 414
Stymphalides, I, 262, 263
Sulla, II, 216 ad 218

T. Tauri,

T.

Tauri, I, 331, 419, 420
Taurus Niloticus, I, 419
Tethys, I, 123, 125
Teuthrantes, II, 183
Thales Mileſius, II, 152
Theſeus, I, 64, 425. II, 33 ad 36, 64, 148, 485
Tiberius, II, 247, 252, 308, 309
Thyades, I, 176 ad 184. II, 449
Titiana, II, 416
Titus, II, 347, 348
Tmolus, I, 229
Traianus, II, 364 ad 367
Triptolemus, I, 110, 111, 114
Tripus Apollinis, I, 54, 62
Typhon cum Ioue, I, 13

V.

Vabalatus et Zenobia, II, 135
Vacca Nilotica, I, 420
Vaſa, I, 115. II, 478 ad 480
Vaſa diuerſa, II, 528 ad 535
Venus, I, 77 ad 102, 317, 326, 327
Venus anadyomene, I, 78 ad 87, 96
Venus cum Vulcano, I, 73 ad 76
Venus e mari emergens, I, 96, 102, 124, 125
Venus et Cupido, I, 73 ad 79, 90 ad 101
Venus Martem amplexa, I, 88 ad 90
Venus Victrix Lacedaem. I, 92 ad 95
Vertumnus, I, 375
L. Verus, II, 406, 407
Veſpaſianus, II, 343 ad 345
Veſtales, I, 445, 446
Victoria dea, I, 376 ad 384
Virgilius, II, 107
Virgilius Maro, II, 234
Vitellius, II, 341, 342
Vlyſſes, II, 17 ad 20
Vulcanus, I, 73 ad 76

X.

Xenocrates, II, 173

Z.

Zeno, II, 180
Zenobia Palmyr. II, 134, 135
Zodiacus, I, 5

# INDEX SECVNDVS

## NOMINA SCALPTORVM VETERVM IVXTA AC RECENTIVM IN LITTERAS DIGESTA

Admon, I, 279. II, 338
Agathemerus, II, 158
Agathopus, II, 269
Allion, I, 331
Anteros, I, 267
Apollonius, I, 68
Aulus, I, 316, 383. II, 103, 282, 471
Axeochus, I, 300
Carpus, I, 255
Cnaeus, I, 239, 245, 246, 341
Dioſcorides, I, 138. II, 27, 287, 306
Euodus, II, 349
Flauius, II, 545
Gnaeus, I, 239, 245, 246, 341
Heius, I, 70
Hubenerus, II, 541

Hydrus, II, 77
Hyllus, I, 231. II, 26
Lunus, I, 237
Mycon, II, 315
Naſſarius, (Matth.) II, 536
Natricius, (Natter,) II, 52, 423, 543
Oneſas, I, 242, 330
Pemon vel Pimo, aut aliquid eiuſcemodi, ſi modo ſincerum eſt, I, 186
Preisleria, II, 72
Solon, I, 352. II, 71, 278, 304, 307
Sofocles, II, 76
Teucer, I, 304
Tryphon, I, 373


# COROLLARIVM

## ARGVMENTIS QVIBVSDAM AMPLIVS DECLARANDIS SIMVL NOTANDIS NONNVLLIS OPERARVM IN EXSCRIBENDO COMMENTARIO ERRATIS

Hoc in Commentario, quod ne ignores, quicunque iſta legere dignaris, curandum fuit, non omnia prorſus noſtra ſunt. Quare noli, ſi quid in quibuſdam peccatum fuerit, in hunc hominem conferre criminando omnia. Primum diſpoſitio argumentorum ſecundum claſſes aliquas inuentas tradita fuit, qualem nos, ne duri eſſemus ac difficiles, ac ne editori ſcriniorum in refingendo negotium crearemus, ſeruauimus. Deinde, quum verba omnino, et rerum vocabula quaedam, atque indices titulique claſſium, et ſaepe ſententia interpretamenti, et quae ſunt eiuſmodi, relinqui talia, qualia prioribus exemplis edita fuerant, nullo modo poſſent, neceſſitate corrigenda fuerunt. Sed ſic humanitatis facilitatisque rationem habuimus, vt paſſim illis, qui primos catalogos facere inſtituerant, non modo ſenſum ſuum et ſententiam, ſed ſtudia quoque ſua ſuper exponendis rebus integra, qua licuerat, relinqueremus. Tota ea cauſſa coniecturalis. Sic faciundum erat. Qua tamen noſtra ab illorum abit ſententia, vel formulis elementorum, quas litteras Italicas vocant, plerumque abhorremus. Porro breuitati ſic ſtuduimus adſtrictae, ne comminuerentur omnia, frigidusque ac ſiccus inutili compendio Commentarius exiret. Quare multa verbo fere vno abſoluimus, quae digna eſſent maiore ediſſeri cura. Vt Aegida ſquamatam dum dicimus (*pag. 3*) monumenta marmorum quaedam, et denarium M' Cordii Rufi non infrequentem in animo habebamus. Quod (*pag. 9, gemma 96*) de Venere diadema ſumente: id alio die

die ſignis gemmarum aliis, et de marmore nobiliſſimo aliquo, qua vacabit et valebimus, declaratum dabo. Quae de ſeruo columella (*pag. 12, gemma 114*) e Lucilio, Martiale, Donato petita ſunt. Nam que quum elegus iſte Lucilii, vt durus a Martiale citatus,

*Lucili columella hic ſitu' Metrophanes,*

ad ſeruum ſine dubio pertineat, ſic omnino legendus, vt ſcripſimus, neque vſquam interpunctione ſecandus idque ſatis probet diſtichon totum, quod produxit ad Phormionem Terentii Donatus: explodendum eſt eorum acumen, qui in Martiale *τὸ* Columella maiuſculo et quadrato in capite elemento ſcriptum ediderunt, tanquam ſi Columella Metrophanes nomina duo vnius hominis eſſent: ſeruus homo cognomina duo haberet. Deinde quum nullo modo ſit Latinum, quod eruditiſſimi homines contenderant ſcriptum ſignificatum que a Lucilio fuiſſe, vt legeretur, *columella hac ſitus Metrophanes:* nemo enim dici poteſt, *lapide ſitus, cippo ſitus, ara ſitus*, pro eo quidem, quod erat Latine reddendum, ſub ara, ſub lapide, ſubtus columellam: omnis certe dicti illius eo redit ratio, vt ſeruus Metrophanes aliqua in laude virtutis Lucilii heri ſui columella vocaretur. Quamobrem eo ſolo iudicii ſui falſus haberi debet Donatus, quod *heri columella* non bene nec ſatis reſpondeat ei ſeruo, qui *familiae* quidem *columen* per irriſionem laudetur. Sed adeo tenuiter exiſtimare de eo grammatico, quod Lindebrogius alii que fecerunt, non debemus, vt putemus eum in exponenda verborum Lucilii ſententia falſum fuiſſe. Quin potius, ad rem quod attinet, gemmarum ſigna plurimarum et marmora abunde adprobant alioqui exploratum apud veteres morem, vt deorum cubitus, aut regum et reginarum, ſiue in columellam appoſitam, ſiue in mancipium aliquod, ſe plerumque inclinet ac fulciat eorum humeris, adeo quidem, vt hoc ipſum regiae fere dignitatis vel diuini numinis ſignum ſit. Itaque nihil eſt conuenientius, quam intimum et fidiſſimum heri ſeruum, columellam eius dici, et ancillam herae columellam. Ariſtophanis iocus, (*pag. 13, gemma 116*) vt loricae vſus pro laſano ſit in pace, gemmarum ſigna multa reddit clariora. Nam ibi quidem ſcena Εἰρήνης extrema faber aerarius (*θωρακοπώλης*) anxius iacturae conqueritur et requirit,

Τὶ δαὶ δεκάμνῳ τῷ δὲ θώρακος σκύτει
Ἐνημμένῳ κάλλιστα χρήσομαι τάλας;

cui per iocum reſpondet inter alia Trygaeus:

Ἐναποπατεῖν γάρ ἐστ' ἐπιτήδειος πάνυ.

quo id pertineat, optime gemmarum argumenta anularium oſtendunt. Nam in his Mars et alii diui heroes que ſubinde aſſidentes in loricis, vt feſſi a labore, tanquam in cippo ſiue in cathedra, finguntur. Videtur autem lorica aere grauis apta his vſibus praeſertim in agmine, qua campis patentibus nullum aliud ſedile in promtu fuerat, omnino fuiſſe, vt noſtri homines interdum maiora illa et barbarica, vel Indorum tympana, adquieturis ſedendo in acie aut cibum capturis ſubſternere ſolent. Inde quum pro ſella eſſe lorica poſſet, ioco dicitur, quod non abſurdum videbatur, pro laſano eſſe poſſe, ad quam conquiniſceret. (*Vne cuiraſſe en guiſe de chaiſe percée*) Quod (*pag. 16. gemma 156*) de

de leaena ſignificatur potius, quam dicitur, ex Aeliani Variae hiſtoriae libris (xII, 39) eſt: vbi ferarum omnium longe pugnaciſſimum haberi leaenam oſtendit. Quod de σκαφηφόρῳ (*pag. 24, gemma 213*) eius ratio nuper Commentariis litter. Lipſiae noſtrae fuit reddita: item, quae (*pag. 25, gemma 221*) de gaulo et mulctra, et quae (*pag. 74, gemma 231*) de rhenone. (*Commentario quarto, pag. n.* 369. 370. *quae nonnulla quidem Xenophontis loca plane confirmant.*) Quod ſuper lyra (*pag. 37, gemma 340*) eius potius qui Stephanonii gemmas litteris inſcripſit, eſt, quam quidem Liceti, aut Kircheri ὑπόμνημα. Papilionem videri, aiunt, non cicadam, quae ſuperuolet. Qua de re amplius. Lyſeros (*pag. 39, gemma 356*) e Seruio ad Virgilii Aeneida petitum; de tonſura (*pag. 59, gemma 64*) e Caninio. Alia ad eum modum, de quibus dicere parcimus. Vt ne errata quidem aliqua, ſed pauca in eo Commentario, quae operarum noſtrarum, bonarum certe, humana parum cauit natura, ad delicias vſque curarum progreſſi exequamur. Procata eſt errorem interdum praebuitque viam difficilis paginarum, quam tabulis reddi iuſſimus, in laterculos quoſdam regionum diuiſio. Tamen, ſi tanti eſt, nam eruditi homines per ſe vident, parum litteratis nihil ſatis eſt, emendabis pag. 25, gemma 224, *et vuam.* pag. 33, gemma 317, *apponere videtur.* pag. 35, gemma 329, *ac palliatae.* pag. 47, gemma 425, *adoleſcens alius.* pag. 52, gemma 10, *Alius ſtans.* pag. 76, gemma 244, interpunge verb. *praefecti, caput:* dein lege, I V D. pag. 98, gemma 469, *e conformatione,* et gemma 474, *Hermae ſignum.* pag. 105, gemma 526 in verbis Homeri ὄπιθεν δὲ: et alia fortaſſe eiuſmodi, quae piget enotare ſtudioſius: vt ſi quando ὑποστιγμὴ vſquam excidit aut laborat, aut numeri nonnulli barbarici in excitandis librorum monumentis, quae certe doctum hominem morari neminem debent, qui vel ſine tabularum numeris vti codicibus ſciat, neque hanc miſeriam iniungat grammaticis huius ſcripturae correctoribus, vt in fide talium numerorum ſtabilienda eoſdem ſaepe codices ſuper quouis apice eorum voluant. Vos vero, quicunque legere iſta ad hunc finem durauiſtis, hominis huius, quod Caeſar Octauianus memorare ſolitus traditur, qualicunque Catone contenti interea viuite, donec alios multos nancti fueritis meliores Chriſtio veſtro. Quos equidem lubens opto vobis, neque inuideo: ſed lampada ferme, feſſus aduerſandi, pertiſus obtrectantium ignauiae, virtute integra, trado. Nam non eſt aequum, efficere illos artibus ſuis, vt metuat, ideoque de regia honeſti via deflectat, ac mereri in commune deſiſtat vir, ſi nihil aliud, illis ea lege graſſantibus ſaltem melior. At hoc fortaſſe ſolo, quod laudamur probamurque paſſim ab optimo quoque, quod extat nonnulla recte meritorum publice memoria, praeſtringente eos lumine videlicet nonnullo, inuiſi paucis quibuſdam ſumus. Valete.

Digitized by Google

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001191886
Biblioteca de Catalunya
C-MIMA0
1001191886
Top. A-ITR.
68-4º
Generalitat de Catalunya
Departament de Cultura
BC 27
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google